20



# COMMVNES IVRIVM SENtentiæ.

P XVI-29

*Quibus additæ ſunt contrariorum oppoſitiones & ſolutiones.*

*PER*

*Ioannem Bellonem Toloſatem iuris vtriuſque ſtudioſiſsimum.*

His nouiſsimè acceſſerunt inſigniores Veteris & Noui teſtamenti.

*Omnia demum ab Authore recognita & locupletata.*

TOLOSAE,

Ex officina Guidonis Boudeuillæi, Academiæ Toloſanæ typographi, impenſis Ioannis de Fleurs. 1554.

## IACOBVS YSNARDVS Arauſionenſis, Ioanni Bellono Toloſāti S.

*Ipſe tuos auſus ſemper, Bellone, probabo:*
*Laudabo ingenium, iudiciumq́; tuum.*
*Nam refugis tenebras, & quæris luce potiri,*
*Cæleſtis virtus eſt quoque lucis amans.*
*Ecce pater fuerat tibi gloria ſumma Toloſæ,*
*Diuinæq́; ſimul religionis honos.*
*Ipſe tamen nuper petiit cæleſtia regna,*
*Interitu cuius tota Toloſa gemit.*
*Vnica ſpes fuerat ſiquidem quãdoq́; Toloſæ:*
*Quæ ſibi te ſperat ſpemq́; decuſque fore,*

*Vale, & me, vt ſoles ama.*

# AMPLISSIMO,

## ET MAGNIFICO VIRO, PETRO Ricijs, domino à Laneis, Iuris vtriuſque Doctori, Patrono Collegij Sanctæ Crucis Auenionenſis, Ioannes Bellonus Toloſas.

S.

CVM Auenionenſem nuper vniuerſitatem reliqui, egregie noſtrorum ſtudiorum Mecœnas, & ad Toloſanam acceſsi Academiam, in toto penè orbe celebratiſsimam ob frequẽtiſsimum Iuris vtriuſque exercitium, quod in eadem indeſinenter verſatur: putaui tandem meum bene actum iri, ſi ſaltem aliquo officij genere tibi gratificarer, in quo quidem aliquando mirabilis ingenij tui celſitudo, cum in otio ſuauiſsimo eſſet, intermiſsis grauioribus animi curis delectaretur. Tanta etenim in me cõtuliſti beneficia, vt vix vnquam illis reſpõdere re ipſa me poſſe putem. Me nanque ab ineunte ætate ſumptibus proprijs aluiſti, me ad humaniores literas prouexiſti, poſteà, quò commodius grauiora Iurium ſtudia perdiſcere poſſem, me Collegiatorum tui Collegij numero & conſortio, vt patronus de me bene meritus, aggregaſti, vbi quicquid parum in iuribus ſcio, didici, & hoc propter creberrimam ſcholarium collegiatorũ de iure concertationem, & in legendo exercitatiõnem ferè quotidianam, quæ tibi ſecũdum ſtatuta fœlicium maiorum tuorum rectiſsimè fuit inſtituta. Tibi ergo

 ſoli

ſoli quicquid ſcientiæ habeo, acceptũ fero. Quæ quidem beneficia licet remetiri tibi nunquam poſsim, tamen eo nomine ago (vt debeo) tibi gratias immortales, & agam dum viuam. Et ne notam ingratitudinis omnino incurram ſciantq; omnes me tibi ſoli omnem operam, omne ſtudium, omnemq; laborem polliceri & dedicare, honoremq; ferre quem debeo, hunc libellum qualemcunq; tuo nomini dico & conſecro, vt immortalis ſis per omne æuum, & per ora doctorum virorũ laudes nominis tui prædicentur, quia fueris & ſtudij & operis noſtri cauſa. In quo quidem libello cõgeſsi, non ſine magno labore, generales Iuris vtriuſque regulas & ſententias, vtiliſsimas quidem & neceſſarias Iuris ſtudioſis, & in legendo, & in vtranq; partẽ diſceptando. Legi equidem libellos qui quotidie in manibus verſantur, Flores inquam, legum & Brocardica vtriuſque Iuris: ſed mea ſententia, imperfectos. Nã & regulæ vniuerſales pleraque neceſſaria in illis prætermiſſa ſunt: & contraria multa ſine ſuis ſolutionibus propoſita fuẽre. Quæ igitur in illis mihi deeſſe viſa ſunt, ex lectione longa Iurium & gloſſarum hoc in libello ſuppleui, & amplificaui. Quem ſpero tibi gratiſsimum futurum: qui vt honorè & dignitate es ſublimior, ita & ſcientia, & rerum experientia præſtantior. Det tibi igitur Deus omnipotens fœlicem in hoc ſeculo vitam, in cœlis verò cœleſte gaudiũ. Vale.

Toloſæ, Quinto Calend. Februarij Anno à virginis partu. 1548.

Idem

## Idem ad eundem.

*Hunc hilari legito Mecænas fronte libellum.*
*Eſt ſiquidem ſtudij parsq́; decusq́; mei.*
*Sparſa per immenſum ius colligit aurea dicta:*
*Communes Iuris pandit & ipſe locos*
*Quæque videbantur contraria iura, reſoluit*
*Hinc multum liber hic vtilitatis habet.*
*Quicquid id eſt ſoli tibi conſecro, docta perora*
*Immortale tuum nomen vt orbe volet.*
*Iuno diuitias, virtutem dat tibi Pallas,*
*Et linguæ veneres dant tibi tres Charites.*
*Doctus amas doctos: magno virtutis amore*
*Largiris miſeris bona pauperibus.*
*Propterea ſuperes longæuos Neſtoris anno,*
*Qui nos ſemper amas, prouehis & ſtudia.*
*Et tibi cum meritas nequeam perſoluere grates.*
*Quo licet excipio nomen honore tuum.*
*Vt qui deuotus Chriſtum colis, & veneraris,*
*Cæleſti meritum conferat arce locum.*

 COM-

# COMMVNES IVRIVM Sententiæ, ſecundum ordinem Alphabeti, per Ioannem Bellonum Toloſatẽ.

## A

### PROPOSITIO.

Afflictio non debet dari afflicto. Naum. j. & in illa l. diuus. ff. de officio præſi. & in l. pœna. in §. fi. ff. ad leg. põp. de parri. & in l. tam dementis. C. de epi. aud. vbi furioſo pœna addi nõ debet, cùm ſatis furore ipſo puniatur. ad idem textus in l. iure ſuccurſum eſt. ff. de iu. dot. vbi pater propter luctũ filię defunctæ dotem non amittit, ſed recipit, ne duplex ei detur afflictio. adde l. ex facto in §. iulianus. ff. de vulg. & pu. ſubſt. & l. nauis. in §. fin. ff. ad leg. Rhod. de iact. De iure canonico vide text. in c. cum percuſsio. vij. q. j. & in c. at ſi clerici. in fi. extr. de iud. & in c. ex parte. ext. de cler. ægro. vel debil.

OBIECTIO. Opponitur de l. romanus. ff. de tuto. & cur. vbi in eadem tutela duplex periculum quis ſuſtinet, & fideiuſsionis, & tutelæ.

SOLVTIO. Ibi fideiuſſor poteſt etiã eſſe contutor ratione & fauore tutelæ, quæ publicum munus eſt: & ideo inuitis datur, vt in §. j. inſt.

inſt.de excuſ.tu.vel cur. Ideo non excuſatur, cũ neceſsitas legem nõ habeat.

O B. Præterea obſtat, ꝙ in delictis pœna duplex dari poteſt, in l.capitalium, in §.ſolent de pœnis. ff. & in l. j.ff.de iur.patr.in c. attendendum.xvij.q. iiij. &. c. ſi quis cuiuſlibet.xxj. q.v. in.c.j.ext.de caſũ. &.c. in archiepiſcopatu. ext. de rapto.

S O L. Duplex pœna poteſt inſligi, cum vtraque per ſe non ſufficit, vt in contrarijs. Cum autem vtraque per ſe ſufficit, duplici pœna quis affligi non debet, vt hic.

PROPOSITIO.

*A ſententia interlocutoria non appellatur.* in l.ante ſententiæ tempus.C.quorum appella.non recip. & in l. ij.C.de epiſc. aud. Vbi ante ſententiam definitiuam appellatio fieri non debet: ergo à ſententia interlocutoria, quæ ante definitiuam fertur, appellare non licet.

O B. Contrarium videtur dicere textus in l. intra vtile. ff. de mino. & in l.arbitro.ff.qui ſatiſd.cogan.& in l. ante ſententiam de appel.recip.ff.in c.non ſolent.§. ante ſententiam.ij.q.vj.

S O L. In d.l. intra, eſt lata interlocutoria quæ perimit totum negotiũ, & totã ferè cauſam determinat, & ſecum trahit executionem: & ideo ab ea poteſt appellari. & in d. l. arbitro, & l. ante ſententiam, grauamen illatum ab interlocutoria non poterat reparari per appellationẽ à definitiua, ideò poterat ab ea appellari, ſecundum Bar.ibi.

O B. Inſuper contra

dicit tex.in c. ſuper eo. ij.de appell.extr.& in c. cordi. de appell.lib.vj. vbi à quocunque grauamine ab interlocutoria appellatur.

S O.Hoc verum eſt de iure canonico.

PRO. *A digniori & potentiori debet fieri denominatio.* in l.ij.& in l.q̄ritur ff.de ſta.ho.& in l.j.ff.ſi ager vectig.vel emph. petat. vbi dn̄m ſimpliciter ꝓlatum intelligitur directum,nō vtile.adde tex. in l.legatis ſeruis. j.§. ſi vnus. ff.de leg. iij. in l. quæ religioſis. ff. de rei ven.& in §.ſed ius quidem ciuile, inſt. de iur. nat.gent.& ciuil. vbi cū ius ciuile appellamus,in dubio ius Romanorum intelligimus: & in c. j. extr.de teſt.vbi in ſubſtitutionibus de directa potiꝰ q̄ de obliqua eſt & interpretatio facienda. in c. ꝙ in dubiis. extr. de conſec. eccl. vel alt.

O B.Obſtat de matrimonio, quod denominatur potius à matre q̄ à patre, quia nō appellatur patrimonium, ſed matrimonium, vt in §. i.inſtit. de pat. poteſt. tot.tit.ext.de ſponſal.& matrim.& tamen vir eſt dignior fœmina. l. i. ff. de ſenat.

SO.Ideo illud eſt,quia fœmina ante partū eſt oneroſa,in partu doloroſa,poſt partum laborioſa:& materno magis indiget ſolatio infans,q̄ paterno,vt in c. ij.extr. de coniu.infid.

PRO. *Appellatione domini Vſufructuarius non continetur,* in l.falſus, in §. ſi.ff.de furt. vbi vſufructuarius dominus non eſt,ad idem text.in l.recte

ctè dicimus. ff. de verb. & rer. ſigni. vbi vſusfructus pars dominij non eſt.

OB. Contrà de l. in vẽditione. ff. de bon. auth. iud. poſsid. vbi appellatione domini vſufructuarius quoque continetur, & l. ij. ff. de vſuf. vbi pars dominij eſt vſusfructus.

SO. Vſufructuarius eſt dominus impropriè, ſcilicet in vſufructu, vnde dominus eſt vtilis non directus. glo. & ibi Bal. in l. proprietatis. C. de probatio.

PRO. *Auaritia eſt omnium malorum mater.* §. cogitatio circa medium. in auth. vt iud. ſine quoq. ſuffr. colla. ij.

PR. *Auarus eſt inſatiabilis, cui totus mundus nec obolus eſt, vnde ſemper auarus eget.* Eccleſiaſtæ. v. & in c. ſicut hi. xlvij. diſtin.

PR. *Amor & vinum æquiparantur,* in §. fi. inſtit. de ſucceſſ. ſublat. quæ fie. per bon. vend. & ibi gloſ.

PR. *Alterius odio nemo debet prægrauari,* in l. ſi quis in ſuo. in §. legis. C. de inof. teſta. Vnde ſolet iactari vulgò prouerbium. Filius non portabit iniquitatem patris, in l. crimen, & in l. ſi pœna. ff. de pœnis, & in l. ſancimus. C. de pœnis. & in c. ſi habes. xxiij. q. iij. & in c. ſi compromiſſarius de elec. in vj.

OB. Contrà de l. quiſquis. §. filij. C. ad le. Iu. maie. & de c. vergentis. ext. de hæret. vbi ob delictũ

lictũ patris fili⁹ punitur.

S O L. Speciale eſt ibi in crimine læſæ maieſtatis & hæreſis. Regulariter contrá.

O P P O. Opponitur etiam de l. ſatis. C. in quibus cauſis pig. vel hypoth. taci. contrah. vbi mulieris dos tacitè obligatur pro primipilo, ita quòd ſi bona primipili exhauſta ſint, diſtrahitur.

S O L. Dic quòd ibi vxor tenetur pro marito in cauſa tantum primipilari, non aliàs. l. lex Iulia. ff. de fund. dot. &. §. i. inſti. quibus ex cau. alien. licet, vel non.

O B. Præterea obſtat. l. cum hæres. ff. de diuerſ. & temp. præſcript. vbi vitia defuncti tranſeunt in hæredem.

S O L. Vitioſa defuncti vſucapio continuatur in hæredem, vt ibi. cum pro vna eademq; perſona teſtator & hæres reputetur, in §. j. in authé. de iureiu. à mor. præſt. col. iiij.

P R. Alteri per alterum iniqua conditio inferri non debet. in l. ſi. C. de acq. poſſeſſ. vbi ex aliena malignitate preiudicium alicui generari nõ debet, & in l. ſi vnus. in §. ante omnia. ff. de pac. vbi conuentio cum vno facta, alij nocere minimè debet.

O B. Oppono de pupillo qui obligatur alij cum authoritate tut. in §. j. inſt. de auth. tut.

S O. Dic quod pupillus obligando ſe cũ authoritate tutoris, in nullo dãnificatur. omne enim damnum de ſuo tenebitur reſarcire pupillo tutor. in redditione rationum: vt in l. ſi tutor. ff. de auth. tut. ſeu cur.

P R O. Abſurdum eſt euitandum in iure, valet enim argumentum ab

ab abſurdo euitando.in l.ratas.C.de reſcin.vēd. in l.nec audiendus.ff.de ope.liber. l. nam abſurdum.de bon.libe.ff.in c. j.de cler.non reſ.in vj.in c.de maioribus.extr. de præbendis.

PR. Actor debet ſequi forum rei & in ciuilib⁹, & in criminalibus cauſis.l.actor.C.vbi in rem act. exer. deb. in l.iuris ordinem. & l.in criminali.C.de iuriſ.om.iud. In can. ſi quiſquam. xj. q.j.& ca.pulſat⁹. & can. neminem.iij. q.vj.& c.ſi clericus,ibi. & ca. cum ſit generale,extr.de for. compe.

O B. Contra de l.fina. in fin.C.vbi in rem act. exer.de.&cap.ſanè.ext. de for. cōpet.vbi actor debet conuenire reum ſub illo iudice in cuius prouincia res eſt litigioſa.

S O.Dic quòd ratione rei de qua agitur,ſortiri qui, forum tenetur, vt ibi.

O B. Secundo contra de c. quod clericis,ext. de for.cōpet. vbi actor non conuenit reum coram ſuo iudice in ciuitate Pariſienſi in cauſis pecuniarijs.

SOL. Ibi ſpeciale Pariſiis, quia Epiſcopus ibi habet temporalem, iuriſdictionem, vt ibi no.gl.

O B. Tertio contra de auth.habita.C. ne filius pro patre, vbi ſcholares agunt apud tres iudices quos ſibi elegerint.

SOL.Ibi fauore & priuilegio ſcholarium.

PR. Ab alio doceri.nō debet, qui alios docere debet. in §. damus. in auth. de ſanct.epiſ.coll, ix.in.can. conueniētib⁹ j.d.vij.vbi epiſcopi aliorum doctrina indigere non debent,cū aliorum doctores eſſe debeant.

P R O. Alienam rem inuito

inuito domino poſsidere nó poſſum. In l.cum precario.ff.de precar.regula, id quod noſtrum. ff.de reg.iur.

P R O.Aliud eſt furtũ, aliud eſt damnum, hoc enim cum rei corruptione,illud cũ rei amotione fit.l. ſi ſeruum .§. ſi oliuá.ff.ad leg. aquil.

P R O.Abſentia ei qui reip . cauſa abeſt, non obeſt . l. j.ff. ex quibus cauſis maio . niſi dolo malo abeſſet, vt. l.item hi,&. l. qui data opera ff.eod.tit.

P R. Auariſsimũ genus eſt mulierum . faciliuſ enim ſe obligat,q̃ alicui donet mulier l. ſed ſi ego,in fine.vbi gl. ff. ad Sen.Velle.

PR. Amor pecuniæ eſt quaſi materia omnium criminum,in ca.his igitur,xxiij.diſtinct.

PR. Ad arma & rixam non debet pati eos accedere iudex,quos poteſt ſua iuriſdictione cõponere,in l.æquiſsimũ. de vſufr.ff.

PR.Apud deum omnia certa ſunt,etiam futura ſolius enim Dei eſt iudicare de futuris , in l. ſed & ſi reſtituatur.ĩ §. fi.ff.de iudi.vide gl.ſingularem in l. reſpiciendum. ff. ſi cert. peta. & Bar. in l.cum quidá.in §.ſuũ. ff. de acq. hęred.

PR.Actore non probáte reus abſoluitur.l. qui accuſare.C. de edendo, l.ij.C.de probat.l.fi. C. de rei vendi.c. cum eccleſia Sutrina . ext . dę cauſſ.prop. & poſſeſ.& c.j.vt eccleſiaſti. benef. ſine dim.confer.

PR.Actore non probáte reus nullá defenſionem vel probationem præſtare cogitur. in l. fruſtra,& l. actor. C. de probat.in ca.accuſator. vj.q.v.

OB.Contrà de l.in exceptionibus.ff.de prob. vbi

vbi reus probare tenetur ſicut actor.

SOL. Exceptionem ſuã probat reus, vt ibi, non intentionem actoris.

OB. Secundo cõtrà de l. circa. ff. eodem tit. vbi reus probat.

SO. Ibi reus tranſtulit in ſe onus probandi.

OB. Tertiò opponitur de §. edenda. ff. de edẽd. l. j. vbi reus exhibere tenetur inſtrumenta agenti.

SO Cum reus vſus eſt inſtrumentis, edit illa, aliàs ſi nolit vti illis, non exhibet aliquo modo ad fundandam ſcilicet intentionem actoris. in l. qui accuſare. C. eo. tit.

OB. Quartò obſtat l. ne quiſquam. ff. eo. titu. vbi inſtrumenta exhibentur agenti pro fiſco.

SO. Speciale eſt ibi in cauſa fiſci, quòd fiſco eduntur ad fundandam intentionem ſuam. Vel dic quòd ibi fiſco edũtur ad ſuam replicationem fundandam, vt ibi not. Bar.

OB. Vltimò opponitur de l. argentarius in principio. ff. de eden. vbi tenetur argentarius reus edere rationes aduerſario actori.

SOL. Ibi textus loquitur de rationibus communibus vtriq;, & argentario, & argenti. nõ mirum igitur ſi eas edere teneatur. l. prætor. in principio. ff. eodem.

PR. Alienationem intelligimus dominij tranſlationẽ, in l. j. C. de fund. dotal. l. alienationis, & l. alienatum. ff. de verb. ſignifi. l. ex hoc edicto, in §. alienare. ff. de alien. mut. iud. cauſſ. fact.

OB. Contra de l. fina. C. de reb. alien. nõ alie. & c. nulli. ext. de rebus eccle. nõ alien. vbi alienationis nomine cõtinetur etiam actus per quem domi-

dñium nõ trãſfertur, vt pignus hypotheca, conditio, ſeruit⁹, & ſimilia. S O L. Propriè & ſtrictè alienat. eſt dñi trãſlatio, vt hic, largiſsimè verò & impropriè ex interpretatione legis, eſt cuiuſlibet iuris acquiſitio, vt in contrarijs.

P R. Alienatio rerum dotalium eſt prohibita etiam accedẽte conſenſu mulieris, in l. lex Iulia. ff. de fund. dot. in l. vnica. in §. & cum lex Iulia. C. de rei vxor. actio. in auth. ſiue à me. C. ad Velle. in §. j. Inſti. quib⁹ alien. licet vel nõ. O B. Contrà de l. ſatis. C. in quib⁹ cauſis pign. tacit. contrah. vbi bona mulieris tacitè obligata ſunt pro primipilo, exhauiſtſque bonis primipili diſtrahuntur. S O L. Speciale ibi in cauſa primipilari.. O B. Obſtat etiam diſpoſitio. C. cum contingat. ext. de iureiu. & c. licet mulieres, de iureiu. in vj. vbi valet alienatio rerum dotalium celebrata cum conſenſu & iuramento mulieris. S O L. Illud eſt de iure canonico introductum, & hoc ratione iuramẽti obſeruandi, cum in alterius damnum eo caſu non redundet, nec vergat in ęternę ſalutis diſpendium, vt ibi no.

P R. Affectare quiſquã nõ debet id, in quo intelligit, vel intelligere debet, infirmitatem ſuã alij damnoſam futurã, in l. idẽ iuris, in §. mulionem. ff. ad leg. Aquil. P R O. Alienã cõditionẽ facere poſſumus meliorẽ, nõ deteriorẽ, in l. ſoluendo de neg. geſt. ff. P R. Actiones perſonales directæ ſemper ambulant cum perſona, & adeò infixęſunt oſsibus noſtris, vt vix diuelli à nobis queant, ſicut nec

character

character baptiſmi à baptizato, in l. actionũ duo ſunt genera. ff. de act. & oblig. vbi not. in l. ſi Sticho. ff. de peculio, in l. iij. vbi gl. ff. pro ſocio. vnde licet cedam tibi actionem, non tamen debetur tibi, ſed mihi: & ſi rei vendicationem cedam, tu non es domin⁹, ſed ego. no. gl. in l. planè. ff. fam. herc.

P R. Allegans conſtitutiones correctas, punitur pœna falſi, in l. fina. vbi no. ff. ad. leg. Cornel. de falſ.

P R O P. Ab executore ſententiæ non appellatur, in l. ab executore. C. de. appell.

P R. Ampliatio, vel diminutio membrorũ nõ nocet, in l. non ſunt liberi. ff. de ſtat. hom.

P R O. Appellatione ſẽtẽtię ſimpliciter prolatæ intelligitur definitiua, ita not. gl. in l. j §. biduum. ff. quãd. appel. ſit. & in l. quod iuſsit, in verbo ſententijs. ff. de rę iud.

P R. Appellatione partis ſimpliciter dimidia intelligitur, in l. de ætate. §. ſi interrogatus. ff. de interroga. action. hoc intellige in dubio. Nã quandoque pars de minima intelligitur. in l. inſulæ. ff. de iud. vbi inſulæ ſunt pars prouinciæ, & tamen pars minima ſunt, & vide pro hoc gl. in c. auaritiæ. in verbo, aut earum parte. de elect. in vj.

P R O. Alimenta debentur liberis ex æquitate naturali. l. j §. ius naturale. ff. de iuſt. & iur. l. ſi quis à liberis, de lib. agno. ff.

P R O. Abundans cautela non nocet, ſuperflua enim non vitiant actum. in l. teſtamentũ. C. de teſta. in l. ſi ſeruo. in fin. ff. de adim. lega. in. l. pediculis. in §. Labeo.

beo.ff. de aur.& argen. lega.vbi nõ mutat ſubſtantiam rerum, nõ neceſſaria verborum multiplicatio & l. quę extrinſecus, ff. de verbo. oblig.in reg. non ſolẽt. ff. de reg.iuris.

O B. Contrà inutilis adiectio vitiat actum,in l.actus legitimi. ff. de regu.iur.& in §. ſeruus alienus. inſt. qui teſta. tut.dar.poſſ.

S O L.Vbi ſuperfluitas eſt contra formam & naturã actus,eſt vitioſa, vt ibi: aliàs minimè, vt hic intelligitur.

P R. Aliud pro alio inuito creditore ſolui nõ poteſt.in l.ij. §. mutui datio.ff.ſi cert. pet. in l. Paulus.ff.de ſolut. in l. eum à quo.C. de ſolut.

O B. Primò de l.miles. §.decem. ff.de re iud. vbi dominus ex noxa ſerui condemnatus ad pecuniam,poteſt dedere ſeruum noxę.

S O L.Vbi debetur pecunia reſpectu alicuius certæ ſpeciei, creditor ſoluendo ſpeciem liberatur,vt ibi.ratio,ne culpa ſeruorum vltra eorũ æſtimationẽ ipſos dominos grauet,in §.j.inſtit.de nox.actio.

O B. Secundò in contrariũ allegatur l.ſi quis argentum.in principio. C.de donat. & l.i.§. fina.de aur.& arg.leg.vbi pro argento ſoluitur æſtimatio.

S O L. Vbi debetur quãtitas in pecunia,poteſt ſolui æſtimatio in pecunia ex eadem materia, nõ in diuerſa forma in damnum creditoris.d.l.Paulus. de ſolu. Ideò dicas quòd ibi ſoluitur æſtimatio in nummis argẽteis, & nõ ære contaminatis, ſed eiuſdem ligæ,ſecundum doct. vnde eadem pecunia videtur ſolui.

O B. Tertio obſt. l.ſi domus

dom'in §.qui cõfitetur ff.de leg.j.& l.nõ dubiũ in §.fi.ff.de le.iij.vbi hę res grauatus de re aliena pręſtãda æſtimationem ſoluit legatario.

SOL.Vbi debetur ſpecies,& non poteſt præſtari,vel difficulter,ęſtimatio ſoluitur vt ibi.cũ neceſsitas legẽ non habeat.

PR. Ablatiui abſoluti important conditionẽ. l.fideicõmiſſa.in §.cum eſſet. ff. de leg.iij.in l.à teſtatore. ff. de condit. & dem.

PR.Arbitrium & æſtimatio alicui⁹ electi reducitur ad arbitriũ boni viri.in l.fideicõmiſſa. in §. quanquam. ff. de leg.iij.l. fideicommiſſa libertas. ff. de fideicom.libertat.

PR.Alienatio licet ꝓhibeatur,de cõſenſu tamen omnium in quorũ fauorem prohibita eſt, poteſt fieri.l.nihil.§.j.ff. de leg.j.in l.cũ pater in §.libertus. ff. de leg.ij.in l.quoties.C. de fideicõ.

PR. Aliud eſt eſſe tale, & aliud haberi pro tali. glo. fin. in l.mercis appel.ff.de ver.ſi.

PR. Alienas ſucceſsiones teſtator proprijs præponere non præſumitur,magis enim ſuos teſtator diligit,quàm alios magis ſuum ſanguinem quam alienum, in l.generaliter.in §. cum autẽ.C.de inſti. & ſubſtit.in l.cum acutiſsimi. C.de fideic.& in l. cum auũs.ff.de cond. & demonſtratio.

PR.Aliud eſt dare,& aliud eſt reddere.in l.j.§. eleganter.ff.depoſi.

OB. Contrà de.l. cum quidam.ff.de leg.ij. & l. verbum reddendi. ff. de verb.ſig.vbi verbũ reddo, etiam pro ſuo ſimplici do,ſumitur,vt in l. qui vxori. vbi Accu. ff. de au.& ar.le.

SOL. Dic quòd propria ſignificatio reddẽdi eſt reſtituendi, largè autem dandi ſimpliciter, vt in contrarijs.

PR. Affectus non punitur niſi ſequatur effect⁹ in l. cogitationis. ff. de pœnis, in l. j. §. j. ff. quod quiſque iuris.

OB. Contra de l. j. ff. de extraor. cri. & l. vnic. in prin. C. ſi quacũq; præ. pot. & l. ſi quis non dicam rapere. C. de epi. & cleri. & l. ſi quis ſeruo. C. de furt. & l. præſenti. C. de his qui ad eccleſ. confug. & l. j. §. beſtias. vbi gl. no. ff. poſtulã. vbi punitur affectus.

SOL. Affect⁹ nõ punitur vt hic. vbi ſtatum eſt in finibus cogitationis, nec vltra proceſſum, vbi verò ad aliquem conatum ꝓceſsit affect⁹, punitur in grauiorib⁹ criminibus, vt in cõtrariis.

PRO. Ab etymologia valet argumentum. l. j. ff. de iuſt. & iur. l. ij. §. appellata. vbi latè Bart. & doct. ff. ſi cert. pet. in l. j. ff. de acq. poſſ. in l. ſenatus. in §. donatio. ff. de don. cauſſ. mor. l. ita vulneratus, ad le. Aquil. ff. in §. ſicariis. inſt. de pub. iud.

OBIECT. Non licet ita arguere, teſtamentũ dicitur ꝙ teſtatio mentis ſit. (§. j. inſt. de teſta. ordi.) ergo teſtatio mẽtis eſt teſtamẽtum, nam legatũ & codicilli ſunt teſtatio mentis, & tamen non ſunt teſtamẽtum.

SO. Ab etymologia valet argumentum tantũ negatiuè, vt exẽpli cauſa: teſtatio mẽtis nõ eſt, ergo non eſt teſtamentum, valet argumentũ. non affirmatiuè, vt in contrarijs.

PR. Ab eo plura exigũtur, cui plura cõmittũtur. in l. presbyteri. C. de epi. & cleri.

Obiect.

OBIECT. Contrà de l.nemo. in fin. C. de ſum.trin.& ſid.cath.vbi plus puniuntur minores vt ſerui, quàm maiores perſonæ in dignitate conſtitutæ.

SO. Ibi plus puniũtur minores, qa magis delinquunt:quia ibi diſputant publicè de fide catholica quod prohibetur, & immiſcent ſe rei ad ſe non pertinenti ſicut ad maiores.in regula,culpa.de re.iu.ff.

PR. A quocunque remouetur genus, remouetur & eius ſpecies. in l.fi.C.de vſur.rei iud. in l.j.§.fin.ff.de ſuis & leg. hæred.vbi not.

PR.Ad poſitionem cõſequentis ſequitur poſitio antecedẽtis.l. illud ff.de acq.hæred. l.ad rẽ mobilem,& l.ad legatũ. ff.de procur.

PR. A perſona arbitri non eſt recedendum. l. in ,compromiſsis. ff. de arbit. arbit.l.ſi quis arbitratu. ff.de verb.obl.in l.ſi. C. de contrah.emp.

OB.Contra de l.ſi ſocietatem.ff.pro ſocio,& l.iii.C.de dot.,pmiſsio. vbi à pſona arbitri recceditur, quia ad arbitriũ boni viri recurritur.

SOL.Dic quod quando inique arbitrat⁹ eſt, ad arbitrium boni viri recurritur. d. l. ſi ſocietatem,in §.arbitrorum. pro ſocio.in.d.autem l. iij. de dot. promiſſ. eſt caſus ſpecialis fauore dotis, cuius valet promiſsio nulla quantitate ſpeciſicata,etiam ſi non fuerit declaratio alteri cõmiſſa,ſecundũ Doct.

PR.A definitione valet argumentum.l.j.§. j. ff. de dol. mal. in l. j. vbi Bar.ff.de teſta.

OB. Cõtrà de l. omnis definitio.ff. de reg. iur.

SOL.Definitione dare in iure ciuili, periculoſum eſt.omnis enim oo na

na definitio debet conſtare genere & differentia, ſecundum Bar. in d. l. j. de teſt. ſed magna eſt penuria differentiarum ſecundum dialecticos, ideo parum eſt, vt definitio ſubuerti nõ poſsit ſed licet arguere a definitione, eo quòd cõuerti debet definitio cum ſuo definito, & econtrà, vt hic, vel dic quòd illa lex ĩtelligitur de regula quæ patitur multas exceptiones. definitio enim regula eſt, in l. j. ff. de reg. cato. vt ibi. glo. intelligit, nõ de hac definitione.

PR. Ad veritatẽ copulatiuæ requiritur vtrãque veram eſſe, ad veritatem verò diſiunctiuæ ſufficit alteram eſſe veram, in l. ſi heredi plures ff. de cond. inſt. §. pen. inſt. de hæred. inſt. in l. ſi quis ita. ff. de verb. oblig. c. inter cæteras, vbi not. ext. conſt. reg. in alternatiuis, de reg. iur, in vj.

PR. Contrà. Quia diſiunctiua pro copulatiua accipitur. l. generaliter. C. de inſtit. & ſubſtit. & l. cum quidã. C. de verbo. ſignifi.

SO. Diſiunctiua reſoluitur in cõiunctam fauore perſonæ honoratę vel grauatę, vt ibi. ſecus vbi eſt poſita inter res.

PR. Abſens in criminalibus nec accuſare, nec accuſari, nec dãnari poteſt, in l. fina. C. de pœn. in l. abſentem. C. de accuſat. & in l. abſentem, ff. de pœnis.

OB. Primò contrà, abſens accuſare poteſt per l. quoniam indubitati. C. ad l. Iul. de adult. vbi mulier in quæſtionibus confeſſa de crimine, petit accuſatorem in officio publico cõſtitutum præſentari, quo tamen abſente contra reũ fertur ſententia.

SOL. Specialis ibi eſt caſus, ratio ſpecialitatis duplex ibi. Prima, quia accuſator abſens erat in ſeruitio reipublicæ. Altera, quia iam rea confeſſa erat de crimine.

OBIEC. Secundò cõtrà quòd abſens poſsit damnari, eſt text. in l. ſeruum. §. publicè. ff. de pcu. vbi vbicunq; damnari poteſt abſens. ibi & defendi poteſt: ergo preſupponitur ibi abſentẽ condemnari.

SOL. Poteſt abſens cõdemnari in pecuniaria pœna, & etiam vſque ad relegationem. d. l. abſentem. in §. j. de accuſ. ff.

OB. Tertiò ad idẽ obſtat. l. ne diu. C. de pœn. vbi de venali perfidia apparitores etiam abſentes damnantur.

SOL. Speciale ibi in eo caſu contra apparitorem.

PRO. Ambulatoria eſt voluntas defuncti vſque ad vltimum vitæ ſpiritum. in l. iiij. ff. de adim. leg. in can. vltima voluntas. 13. q. ij. in c. cũ Marthæ. extr. de celeb. miſſar.

PRO. Ad impoſsibile nemo obligatur, in l. nõ ſolum. ff. de act. & oblig. l. impoſsibilis. ff. de ver. obl. in l. ſi quis in graui. ff. ad Sylla. ſenat. in l. ſi. ff. quæ ſent. ſine appell. reſcinden. vbi ſententia iudicis impoſsibilis, executioni demandari nõ debet, quia neminem obligat. in. c. finali. extra de pact. reg. impoſsibilium. de reg. iur. ff.

PRO. Auctis diuitiis onera debent augeri l. his oneribus. §. auctis. ff. de mun. & hono. c. cum M. F. Ferrarienſis. ext. de conſti. vbi ſuper excreſcentib⁹ eccleſiæ facultatib⁹ augetur numer⁹ canonic.

PRO. Aſſeueratio ſeu profeſsio nuda non inducit ius, neque probationem. in l. non nudis. C. de proba. in l. neque profeſsio. C. de teſta.

PR. Actus agentiũ non operantur vltra eorum intentionem. in l. nõ omnis numeratio. ff. ſi cert. petat.

PR. Animal brutũ caret ſenſu & ratione, ideoq; iniuriam inferre nõ dicitur. l. j. ff. ſi quad. pau. feciſ. dica. nec per conſequens puniri.

OBIECT. Contrà de ca. mulier. xv. q. j. vbi pecus morte mori debet. Leui. 30.

SOL. Ideo punitur ibi, quia tali flagitio contaminatum indignã refricat facti memoriam.

PRO. Augetur crimẽ, vel iniuria, dignitate ꝓpoſiti. in l. omne. ff. de re milit. in can. homo chriſtianus. 49. diſt.

PRO. Aduerſatiua dictio ponit diuerſitatem caſuum & in iure, & in facto, no. glo. & Bar. in l. hoc amplius. §. de his autem. ff. de dam. inſe.

PR. Appellatione liberorũ non veniunt adoptati. l. fideicõmiſſum. ff. de cõdi. & demõſtra.

PRO. Abſurdum eſt quem redire ad id cui renuntiandum putauit. l. ſi quis iuſiurandũ. C. de reb. credi.

PRO. Ars artium eſt regimen animarum. c. cum ſit ars artium, de elect. ext.

PR. Amplius aduerbiũ eſt repetitiuũ ſuperiorũ l. legata inutiliter. ff. de leg. j. l. ſi ſic locutus. de leg. iij.

PRO. Apud Deum non gradus elegantior, ſed vitæ melioris actio comprobatur. can. ſicut xxiij. q. iiij.

PR. Alieno facto quis non debet onerari. l. in cauſſæ. ff. de procu.

l.j.ff.de alien. mut. iud. cauſ.fact.

PRO. Aliquid prodeſt quod deſideratum non prodeſt. l.ſpadonem, in §.fi. ff. de excuſat.tuto. l.item hi.& l.& qui data.ff.ex quib. cau. ma.l. ij.§.fi.ff.ſi quis caut.

PRO. Acceſſorium ſequitur naturã ſui principalis. l. cum principalis.ff.de reg.iur. c.acceſſoriũ,de reg.iu.in vj.

OB. Contrà de. l.j.C. de iudi.vbi ſublato principali cõtractu, nõ tollitur acceſſorium.

SO. Hic loquimur de acceſſorio quod nõ poteſt eſſe ſine principali: quo ſublato tollitur acceſſorium:ibi de acceſſorio quod poteſt eſſe ſine ſuo principali,ideo ſublato principali non tollitur acceſſorium. vt ibi not.glo.quæ approbatur communiter.

PR. Acceſſorium cedit principali l.& ſi nõ ſunt in §.perueniamus, & l. ſi quando. ff. de aur.& argen.legato.

PR. Arma magis quàm iura ſcire milites ſacratiſsimus legiſlator exiſtimauit, in l. fi. § j.C. de iur. delib. l. j. C. de iur.& fact.igno.

PR. Alia cauſa eſt acquiſitorum, alia acquirendorum.l.qui aut̃.ff. quæ in frau. cred.l.j.§. confertur.ff.de coll.bo.

PRO. Ad poſitionem partis ſequitur poſitio totiꝰ.in c.pœnale. xiiij. q.v.

PRO. A Deo cuncta bona ꝓcedunt,in c.tua. ext.de deci.

PR. Aliquid permittitur gratia virtutis, qđ aliàs non permitteretur l.j.§.beſtias,vbi gl.ff.de poſtulan.

PRO. Audacia circa licita approbatur,& circa illicita reprobatur, in l.Gallus. §.videndũ. ff. de lib. & poſthum.

iuncta.l. ſi quis in tanta furoris audaciam.C.vn de vi.

PR.Ab alio petere non debeo,quod habẽs, alij petenti dare debeo,in l. ſi quis ex argentariis.in §.finali. ff. de edendo. vbi glo.

PRO.Alimentorũ appellatione venit etiam victus & veſtitus & habitatio, ſine quibus viuere non poſſumus, in l.legatis alimentis. ff.de ali.& cib.le. l.verbo victus.ff.de ver.ſig.

PR. A ſententia arbitri non appellatur in l.j.C. de arb. cau. à iudicibus. ij.quæſtione.vj.

OBIECT. Contrà de l.arbitro. ff. qui ſatiſda. cogan.& l.fi.C. de iudi. vbi poteſt appellari ab arbitro.

SO.Ibi arbitros appellat in locus delegatos,vt ibi declarat glo.

PR.Appellatione præparati præparatoriũ cõtinetur tinetur.l.in argento. ff de aur.& ar.leg.

PRO.Actiones pœnales de eadem re cõcurrentes,nunquam alia aliam cõſumit,in l.nunquam.ff.de acti. & obl. in §.fina.inſt.ſi quadru. paup.feciſſ.dic.

P R. Arbitria ſunt hodie redacta ad formam iudiciorum.l.j ff.de recep.arbit.

P R O . Allegans ſuam turpitudinem , non eſt audiendus.in l.ſi creditoribus,vbi gl. C. de ſeruo pignori dato manumiſſo.in l. tranſactione finita. C. de tranſact.l. cum profitearis. C. de reuoc.donat.l. ſi ſeruus plurium.§.j.ff.de leg. j. l.ij.C.de cond.ob turp. cau.c.iter dilectos . ext. de dona.

OBIECT . Contrà de l.j.& l.& ſi filium. C.de lib.cauſ.vbi turpitudinẽ ſuam allegat pater , qui filium vendidit.

Sol.

SOL. Solue tripliciter. Primò quòd ibi allegare poteſt turpitudinem ſuam nomine filij, cui præiudicare non potuit. Vel ſecundo allegat turpitudinem ſuam quæ eſt ipſo iure nulla. Vel tertiò dic quòd illud eſt fauore libertatis ſicut in l. īterrogata. C. eo. titu.

OB. Preętereà contrà de c. tertio loco, extr. de p. ba. vbi gl. vbi licet allegare turpitudinē ſuam.

SOL. Hoc verum eſt, vbi verſatur periculum animæ, vbi no. gl.

PRO. Agentes & conſentientes pari pœna puniūtur. l. iubemus. §. œconomus. vbi glo. C. de ſac. eccl. in can. notū. ij. q. j. & can. facientes. 86. diſt. c. j. extr. de of. & pot. iudi. dele.

OB. Contrà qui cōſentit furto, quia receptat ſciens furtum, vel conſilium vel opem dat, tenetur furti: & tamen agens ſcilicet fur, non tenetur, vt filius, vel ſeruus in l. eos. C. de fur. iūcta. l. ſerui & filij. ff. de furt. in §. hi qui. inſti. de obli. quæ ex delict.

SOL. Ideo ibi non puniuntur agentes, quia nulla actio cōpetit patribus vel dominis cōtra filios, vel ſeruos. in l. lis nulla. ff. de iudi. ideo furti actione non poterant conueniri, vt ibi.

PRO. Accuſatus accuſatorem ſuum accuſare pendente accuſatione non poteſt. in l. neganda. C. de his qui accu. non poſſunt.

PRO. A vetuſtioribus eſt incipiendum, in §. ſingulorum, inſti. de rerum diuiſ.

PRO. Á dignioribus eſt inchoandum. l. ij. ff. de ſtat. hom.

OB. Contrà de l. cū hi. §. vult igitur oratio. ff. de tranſact. vbi prius de

de modo, de cauſſa, quá de perſonna, quę tamé eſt dignior, eſt quærendum. Præterea Imperator in lib. inſti. primò de teſtamentis, & ſic de reb⁹ tractat, & poſteriori loco de his qui teſtamenta facere non poſſunt, & ſic de perſonis: cũ tamen prius ſit quærẽdũ de habilitate perſonę teſtantis, quàm de ſolennitate rei, ſcilicet teſtamenti, in l. ſi quæram⁹. ff. de. teſta. & prępoſuit etiam titulum de teſtaméto pagani quàm militis, quod tamen eſt dignius.

S O. Dic quòd iſtud eſt ad placitum imperatoris, præponere poſtponenda, & poſtponere præponenda, vt in contrarijs apparet.

P R O. Ad poſitionem ſpeciei ſequitur poſitio generis, non econtra. l. ſi quid earum. §. interéptum. vbi Bart. ff. de lega. iij. l. inter agnatos. ff. vnde leg.

PR. Arma legibus indigent, & leges armis, in leg. ij. in princip. C. de Iuſtinianeo cod. confir. & in proœmio. inſti. vbi glo.

P R. Ab ſpeciali valet argumentum. l. ius ſingulare. ff. de legi. in l. j. ff. ad municip.

P R. Arguere licet de milite ad clericum, glo. communiter approbata. in l. miles. ff. de re iudi. & pro hoc vide Accur. in l. ſtipendia. C. de execut. rei iud. & in. §. j. inſti. de mil. teſtamen. clericus enim eſt miles cœleſtis, in c. epiſcopus, ext. de præben.

PR. A partium enumeratione valet argu. l. re coniuncti. vbi Bar. ff. de leg. iij. in §. j. vbi Ang. inſti. de obliga. ex quaſi contra. in §. actionum, vbi glo. inſt. de actio.

P R. A contrario ſenſu valet

valet argumentum.in l. j.§.huius rei fortiſsimũ eſt argumentum. ff. de offi.eius cui manda. eſt iuriſ. in l.qui teſtamento.§.mulier. ff.de teſta.

OB. Contrà de.l.conuenticula. C.de epiſ. & cler. vbi connéticula illicita exercere non licet extra eccleſiam, Ergo à cõtrario ſenſu in eccleſia liceret: quod non eſt dicendum.ad idem tex. in l.nemo.C.de iur.om. iud. vbi poſt. litem recuſari non debet iudex, ergo à cõtrario ante litem non debere recuſari:quod eſt falſum.

SO. Argumentũ à contrario ſenſu non valet, vbi reſultat absõnus intellectus contra legem, in.l.C.de condit. inſert.

PR. Auarus eſt cæcus, in c.auaritiæ cæcitas. vbi canoni.de elec.lib.vj.

PR. Auaritia legitimis ictibus eſt ferienda. l.ſi quis in ſuo.C. de inoffi. teſtamen.

PR. Abſens cauſa ſtudiorum, abeſſe non videtur .l. quæſitum, vbi Bar.ff.de.leg.ij.

PR. Abſens cauſa ſtudiorum, integrè debet fructus ſui beneficij percipere.c. ſuper ſpecula, extra de magiſt. c.tuæ. de cleri. non reſid.&.c. ij. de priuile.in vj.exceptis tamẽ diſtributionibus quotidianis. in c.licet.de præbẽd.in antiq.

PR. Abſentia cauſa ſtudiorum eſt iuſtiſsima.in l.nec nõ.ff.ex quib.cauſ. maio.

PRO. A ſententia, non ab executione eſt incipiendũ.nam ninus properas Marcelle &c. l.j. C.de execut. rei iu.in l. ſi cum nulla. ff. de re iud.

PRO. A iudicibus appellare non licet quos partes inter ſe elegerunt in ca.à iudicibus.2.q.vj.

PRO. Ante diem debitum

tum ſoluens non repetit.l. in diem.ff.de condi.indebit.

PRO. Albibus ille perit, qui ſe plus diligit vllum, & agris meis ſitiētibus, alios irrigare non debeo? ordinata enim charitas incipit à ſeipſo. in l.præſes.vbi not. Accur. C. de ſeruit. & aqua.

PRO. Alienum factum promittere nō poſſum, nec promittendo obligari.l.ſtipulatio iſta. & l.interſtipulantem.ff.de ver.ob.in §.ſi quis aliū. inſt.de inu.ſtipu.

PRO. Ars naturā imitatur.in §.minorē.inſti. de adoptio.

PRO. Actus contra legem, pro infecto habetur.l.non dubium.C.de legib. in can.imperiali. 25.q.5.

PRO. Aduocati æquiparantur militibus. l. aduocati. C.de aduoc. diuer.iud.

PR. Aduocatus, ſeu procurator paciſci de quota litis nō poteſt,l.ſumptus. ff.de pact. l.item. C.de procur.l.ſi contra licitum.C.manda. imò puniri debet. l. ſi quis. C.de poſtulan.

PRO. Aſinus auribus intumeſcet, ſi per comparem ſe videret comprehēdi. glo.in l.hæres per ſeruum.ff.de acqui. hæred.& in l. j. §.veteres.ff.de acqui.poſſeſ.

PRO. Aliena negotia diligentius debem' tractare quàm propria. l. in re mandata.C. manda.

PRO. Actio & paſsio ſimul in eundem nō concurrunt ſecundum philoſophos. bene facit textus in l.penulti.ff.de arbi. vbi nemo ſe prohibere, nec ſibi imperare poteſt.eſſe enim agēs & patiens ſimul, quod eſſe non poteſt.

OBIEC. Cōtrà primò

de l.j. C. de ſeruis fugiti. vbi ſeruus ſui furtum facit.

SO. Ibi ſpeciale in ſeruo fugitiuo ad impediēdum vſucapionem. Ratio eſt: ne fuga ſeruorum dominis damnoſa ſit,

OB. Secundò contrà, in hæredes actiones trāſeunt actiuę & paſsiuę, l.quoties. C. de hæred. inſti.l.vnic. vt ab hære. & cōtra hęre.actio. incip.& to.ti.C.de hæredit.actio.

SOL. Hæc regula intelligitur vbi ex eadem cauſa actio & paſsio concurrunt. in contrario autem actio actiua ab hærede exercetur, paſsiua verò à creditoribus teſtatoris.& ſic ex diuerſis cauſis,& diuerſis reſpectibus actio cū paſsione concurrit.

OBIEC. Tèrtiò obſt. l.ſecundum naturam.ff. de reg. iur. vbi onus & emolumentū circa eādem perſonam concurrunt, & ſic eſt agens & patiens ſimul.

Præterea quis eſt actor & reus ſimul in eodem iudicio, l.in tribus.ff.fam.l.her.&Hermaphrodit⁹ agit & patitur in coitu.de quo l. quæritur.ff.de ſta. hom.

Vltimò omne animal facit aut patitur .l. hæc verba, ille aut ille. in fi.ff.de verb.ſig.

SO. Tu dic quòd non eodem tempore.

PR. Actus regulatur ſecundum naturā ſui ſubiecti.l.eius artificij.ff.de oper.lib.

OB. Contrà de l.ij.in. fi.ff.ad le.Aquil.vbi elephāti & cameli licet feram habeant naturam, tamen quia & iumentorum operam præſtāt, primo cap. legis Aquiliæ continentur.

SO. Dic quòd ibi inſpicitur cōſuetudo, ſcilicet

licet quòd ſoleant ferre onera: quæ conſuetudo eſt altera natura. glo. in l. ſi quis poſthumos. ff. de lib. & poſthu.

PR. Alieno ſcelere quis non debet ditari. in. l. vni. C. ex. delict. defuncto, in quant. hæred. cõueni.

PR. Aduerſus periculũ naturalis ratio permittit ſe defendere. l. itaq; ff. ad le. Aq. c. ſi perſodiés, extra de homicid.

PR. Accidens non poteſt eſſe ſine ſuo ſubiecto. l. ij. ff. de vſufruct.

ADDITIO.

PR. Agnatione poſthumi rumpitur teſtamentũ. in §. j. inſt. de exhær. libero. Contrà de. l. ſi mater. C. de inoff. teſta. SO. Hic in maſculis, ibi in fœminis teſtantibus. Ratio eſt differentiæ, quia præteritio matris pro exhæredatione habetur, in §. mater. inſt. eod. tit.

PR. Antiquitatis notitia eſt neceſſaria. §. j. inſt. de teſta. ord. in ca. fuerunt. vij. di.

PR. Armorum appellatione non ſolum tela & gladij, ſed & fuſtes & lapides ſignificari intelligimus in l. armorum. ff. de ver. ſig. in. §. recuperãdæ. inſt. de interdic.

PR. Ama ſciẽtiam ſcripturam, & carnis vitia non amabis, in. ca. nunquã, & de cõſecr. diſt. v.

PR. Anima eſt multò precioſior corpore. c. cum infirmitas. ext. de pœnit. & re.

EX VTROQVE Teſtamento.

PR. Auaritia eſt idolorum ſeruitus, Ephe. 5. & in can. cum omnis auaritia. j. q. j. in c. auaritiæ. de præben. ext.

PR. Adoleſcens iuxta viam ſuam, etiam quum ſenuerit, non recedet ab ea Prou. 22.

PR. Altiora te ne quæſieris, eccleſiaſtici.3.

PR. Anima quæ peccauerit, morte morietur. Ezech.18.

PROP. Abſcõdit deus ſcientiam ſapiẽtibus, & reuelauit paruulis. Mat. 11.

PRO. Alter alterius onera portare. Ephe.6.

PR. Apud deum omnia poſsibilia ſunt, quæ apud homines impoſsibilia videntur. Mat.19.

PR. Attendite à falſis prophetis qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, & intrinſecus ſunt lupi rapaces. à fructibus eorum cognoſcetis eos. Mat.7.

PR. Animalis homo nõ percipit ea quæ ſpiritus dei ſunt. 1. Corinth.2.

PRO. Ante conſpectũ domini non apparebis vacuus. Eccleſ.35.

B

# B

# PROPOSITIO.

Beneficia principalia ipſi principes ſolent interpretari in l. ex facto. ff. de vulga. & pupil. ſubſtit.

PRO. Bona parentum debentur liberis de iure naturali, in l. cum ratio. ff. de bon. dam. in l. ſcripto, in fi. ff. vnde lib. in §. primum. in auth. de hered. & falc. coll. 1. in ca. ius naturale, prima diſtin.

PR. Bona liberorum debentur parẽtibus ratione tãtum pietatis ſeu miſerationis, ordine cõuerſo mortalitatis, hinc verſus.

Ordine turbato ſuccedis Bulgare nato. In l. nam & ſi parentibus. vbi glo. C. inoffi. teſta. in l. ſcripto. in fi. ff. vnde liberi.

OB. Contrà imo etiam de iu. naturali debẽtur per

per.§.j.in auth.de hær. & fal.coll. j. vbi legitima portio de neceſsitate debetur & liberis & parentibus ſecundũ naturam.

SOL.Ibi legitima pars debetur liberis iure naturæ propriè. parentibus verò impropriè. verbum enim ſemel in oratione poſitũ poteſt ſtare propriè & impropriè, ſicut in.§.j.in verbo debetur. inſt. de actio.vt ibi no.

PR. Beneficium inuito nõ datur.l.hoc iure.in §.non poteſt. ff.de dõ.

OBIEC.Contrà, Liberatio debiti inuitis nobis per alium contingit.l. ſolutionem.ff. de ſolut.l. ſoluendo.ff. de.neg.geſt.ad idẽ tex. in l.ſi ſeruus vetante.ff. de verb.oblig.vbi inuito domino ſeruus acquiri.

SOL.Melior conditio noſtra etiã inuitis nobis poteſt fieri per obliquum, ſcilicet per aliũ: ſed directo nemini liberalitas confertur, vt hic.

PR.Boni præmijs,mali verò pœnis affici debẽt.l.j.ff.de iuſt. & iur.

PR.Bona fides in contractibus eſt obſeruanda. in l. bona fides. ff. depoſit.in l. bonam fidem.C.de act.& oblig.

OB. Contrà de. l. in cauſſæ. ij. in §.idẽ Põponius.ff.de minorib⁹. Vbi licet contrahentibus inuicem ſeſe decipere.

SOL. Intellige hoc verum ſi abſit dolus, vt ibi not.

PR. Breuitas termini non vitiat contractum bonæ fidei.l.inſulam.§ in operis. vbi notat Bar.ff.locat.

PR.Bis idem exigi natura non patitur.l. qui bis.ff.de verb.oblig.

OB.Contra de. §.fin. inſt.

inſt.ſi quand.paupe. feciſſ. dicat. vbi actiones pœnales de eadē re cōcurrentes,vna aliā non conſumit.

SOL. Hoc intellige verū in petitione, ſecus eſt in exactione, vt hic. ita gloſ.in l.nunquam.ff.de act.& oblig.

PR.Beati⁹ eſt dare quā accipere,ſecundum apoſtolū, Act. 20. in c.cum Marthæ, ex. de celeb. miſſa.Ratio eſt qa dando homo placet: capiēdo verò diſplicet. vnde verſus.

Tēporibus noſtris quicūque placere laborat.

Det capiat, quærat, plurima,pauca,nihil.

PR.Beneficium principis latiſsimè eſt interptandū.l.beneficiū. ff. de conſtit.princip.c.cū dilecti.ext.de donat. c. cū olim.ext.de verb. ſigni.

OB. Contrà de l. ſi. quando.C.de inoff. teſtam. vbi ſi concedatur reſcripto principis libera teſtandi actio,intelligitur tantùm iure communi, non militari.

SOL.Ibi ea ratione,ne videatur princeps, qui iura communia tuetur, totam obſeruationem teſtamētorum, quę fuit tot vigilijs excogitata, vno verbo velle euertere,vt ibi dicitur.

OB. Secundò contrà de l.ij.§. ſi quis à principe.ff.ne quid in loco pub.& l.nec auus. C.de emācip.lib.& l.quoties. C.de preci imp.offer.

SOL.Non ita pleniſſimè ſunt interpretanda vt ledát alium,vt ibi.

OB. Vltimò contrà de c.quāuis.de præb. in vj. vbi reſcripta principis ſtrictè interpretāda sūt.

SOL.Ibi in literis beneficialibus, hic in beneficiis.

PRO.Bono melius inueniri poteſt. l. vbi autem

tem non apparet. ff. de verb.oblig.

PR. Bonum eſt habere bonũ nomẽ,vt Accurſii dictum ex eo, quòd ſoleat contra tenebras iuris ciuilis accurrere. l.facta. §. ſi in danda. vbi Accur.ff.ad Trebel.

PRO. Bonæ fidei contractus non patitur hãc conuentionem, vt emptor rẽ amittat, & venditor precium retineat, in l. emptorem. in §. qui autem. ff. de actio. empt.

PRO. Bonitas intrinſeca rei conſiderari debet ſecundum tempus contractus.in l.cũ quid ff.ſi cert.petat.

OB.Contrà de l.vinũ. ff.eodem tit.vbi æſtimatio rei non fit ſecundũ tempus contractus, ſed petitionis.

SOL.Ibi de ęſtimatione bonitatis extrinſecæ, ſcilicet quòd tantũ res valeat,vt ibi not.glo.

Pr.

PRO. Bona mulier eſt rara auis, vnde tantum inuenitur. in l. mulier bona. ff. de iur. dot.ita not.glo.j.l. ex his. ff. de legi.

PR.Bonus pręſumitur, qui eſt bonæ nationis, malus verò qui eſt malæ nationis: & bonus præſumitur natus ex bonis parentibus, malus autem ex malis, vnde verſus.

Sæpe ſolet ſimilis filius eſſe patri.

Qualis erit mater filia talis erit.

l.quod ſi nolit.in §.qui mãcipia.vbi gl.& doct. ff.de ædil.edict.

PR.Bella ſunt permiſſa de iure.l.ex hoc iure.ff. de inſt.& iu.in §.ius vero tẽ gẽtiũ.inſt.de iur.nat. gent.& ciuil.& l.qua actione.§.j.ff.ad l.Aqui.

OB. Contrà imò ſunt prohibita per l.vnic.C. de glad.li.xj.& can.monomachiam.ij.q.iiij.

Sol.

SOL. Ibi de ſingulari certamine, hic de bello publico vel ciuili.

PRO. Bona eccleſiæ ſunt pauperum, can. fin. xv. q. j.

PR. Bonæ fidei poſſeſſor facit fructus ſuos. l. bonæ fidei emptor. ff. de acq. rerum dom. in l. fructus. ff. de vſur. in §. ſi quis à nõ domino. inſt. de rerum diuiſ.

PR. Boni mores præualẽt diuitiis. l. ſcire oportet. §. cum reliquis. ff. de de tut. & cur.

Notta

PR. Bona exiſtimatio præfertur cõmodo pecuniario. l. cum ex pluribus. ff. de ſolu. l. in pecudum. §. vltimo. ff. de vſur.

PR. Boni viri debẽt potiꝰ velle mori q̃ peccare l. iſti quidem. in fi. ff. de eo quod met. cauſſ.

OB. Contrà de l. j. ff. de bon. eorũ qui ante ſent. mort. ſibi cõſci. vbi reus criminis poteſt corrũpere accuſatorem ſuũ, vnicuiq; enim licet qualitercunque ſanguinem ſuum redimere, nihil enim precioſius vita.

SOL. Quantum ad animum pertinet, maior metus peccandi quam mortis debet eſſe bonis quantum verò ad corpus humanum, vita nihil charius. vt ibi.

ADDITIO.

Bona intelliguntur deducto ære alieno. l. ſubſignatum. §. bona. ff. de verb. ſign.

Bona grãmatica ſeu latinitas, in ſcripturis eſt obſeruanda, in l. Plautius. ff. de auro & argẽ. leg. in c. ad audientiam. ext. de reſcri.

PR. Benefacienti nobis eſt benefaciẽdũ. in l. ſed & ſi leg. §. conſuluit. ff. de petit. hæred.

PR. Bonarum mẽtium eſt ibi etiam culpas ſuas agnoſcere, vbi culpa nõ eſt, cap. fin. 5. diſt.

EX VTROQVE Teſtamento.

PR. Breuis oratio penetrat cœlos. Mat.6.

PR. Benefac, & non timebis principem. Rom.13.

PRO. Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorũ eſt regnum cœlorum. Mat.5.

PRO. Beatus vir qui non abiit in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſtetit. Pſal.1.

PRO Beatus vir, cuius eſt nomen domini ſpes eius. Pſal.39.

PR. Beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud. Luc.11.

PR. Bonorum laborum glorioſus eſt fructus. Sap.3.

PR. Beatus qui excutit manus ſuas ab omi munere. Iſaiæ 33.

P. Bonum eſt viro cum portauerit iugũ ab adoleſcentia ſua. Thren.3.

C

C

Contrariorum eadem eſt diſciplina. in l. qui accuſare. ff. de accuſa. in. §. j. inſti. de his qui ſunt ſui vel alie. iuris. & in §. furtorũ. inſt. de obl. ex delict.

OB. Côtrà, imò eſt diuerſa doctrina, per l. j. ff. de officio eius cui mád. eſt iuriſdict. vbi merum & mixtum imperiũ delegari poteſt in caſu abſentiæ: à contrario autẽ, præſente magiſtratu delegari non poteſt. Diſſimilis quoque ratio eſt in l. inter ſtipulantem. in §. ſacram. ff. de verb. oblig.

SOL. Eſt eadẽ doctrina quo ad cognitioné, vt hic, quia cognito vno de contrariis, facilè cognoſcitur & reliquũ, ſecus quo ad effectꝰ vel iuris diſpoſitioné, vt in contrarijs.

PR. Contractus à principio ſunt voluntatis, & ex

ex poſt facto neceſsitatis.in l.ſicut C de act.& oblig.in l.in cõmodato in §.ſicut.commod.

PR. Contractus nõ red' duntur in inuitum. in l. nec emere.C.de iur.deli.in l.inuitũ.C.de contrah.empt.

O B. Contrà de §.fin. inſt.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.& §.fin.inſt. de donation. & §.non ſolum, inſt.de lega. vbi quis cogitur vendere, vel emere.

SO. Dic quod ibi ſunt tres caſus ſpeciales.

Primus in odium do minorum.

Secundus fauore libertatis.

Tertius fauore vltimę voluntatis,vt in cõtrariis.

Præter contrà de l. ſi quis ſepulchrum.ff.de relig. & ſumpt. funerum. vbi cogitur quis vendere viam ad ſepulchrum.

Sol. Ibi ſpeciale fauore religionis.

P R O. Conſultius eſt agere poſſeſſorio,quàm petitorio,in l.is qui deſ.inauit. ff.de rei vend. Ratio ibi aſsignatur, cũ ſit meli⁹ poſsidere, quã alio poſsidente petere.

P R O. Cum iura partium ſunt obſcura, pro poſſeſſore iudicandum eſt: quia in dubio poſſeſſor præſumitur dominus,in l.ij.C.de probat. in l.fi.C.de rei vendi.in §.commodum. inſti. de interd.c. inter dilectos. in fi.ext.de fid. inſtrum.

OBIECT. Contra de l.inter pares.ff.de re iudi.& l.ſi pars.ff.de inof. teſtam.& l.in ambiguis. ff. de iure dot. vbi potius in dubio pro actore iudicandum quàm reo.

SOL. Ibi ſunt tres ſpeciales caſus.

Primus fauore libertatis.

 Se-

Secundus fauore teſtamenti.

Tertius & vltimus fauore dotis, qui ponũtur in c.ſi.de re iud.ext.

PR.Cũ damno alterius nemo debet fieri locupletior, in l.nã hoc natura.ff.de cõdic.indebi. in l.cum hi.§.ſi eidẽ. verſic. ſanè. ff. de tranſact. l.iure naturæ, de regul. iur.ff.in c. ſuam. ext. de pœnis.

OB.Contrà per vſucapionem vel prĉſcriptionem, res nobis acquirũtur cũ aliena iactura.l. vnic.C.de vſuc.trãsfor. l.iij.ff.de vſuc. §. j. inſt. eo.titu.

SO.Ibi rigor iuris ſcriptus in ſpecie prĉfertur æquitati ſcriptæ in genere.Dyn.& alij in reg. locupletari.de reg. iur. in vj.

PR.Copula &, ĩter duo extrema poſita, diuerſitatem ponit inter copulata.no.in rub.C. de iu. & fac. ign. & per Can. in rub.de cauſſ.prop. & poſſeſſ.ext.

OB.Contrà de rub. C. de ſerui.& aqua.vbi copula, &, ponitur inter ſeruitutem & aquæductum, & tamen aquĉductus eſt ſpecies ſeruitutis.l.j.de ſerui.ruſt. prĉdio.ergo cum aquæductus ſit ſeruitus, inter ſe non differunt. Similiter illud euangelij, Dicite diſcipulis eius, & Petro, Mar.16. & tamẽ Petrus erat diſcipulus.

SO. Vbicunque copula, &, ponitur inter genus & ſpeciem, non ſignificat diuerſitatẽ, ſed ſtat declaratiuè: & tunc exponitur, &, pro id eſt, vt ibi.

PR.Ceſſante cauſa ceſſat effectus, in l.adigere in §. quanuis.ff. de iur. patro. c. & ſi Chriſtus ext.de iureiu. & c. cum ceſſãte.ext.de appellat.

OB.Cõtrà de l.ij.§.ſi.

&

ff.de donat.& l.j.in fi.ff. de minori.& l.j.§.ſexũ ff. de poſtul. vbi cauſſa prohibitiua quòd mulieres non poſsint poſtulare, eſt propter impudicas fœminas, ergo ſi ſint aliquæ bonæ, poterunt poſtulare ceſſante cauſſa impedimenti, præterea cauſſa in legato adiecta ceſſante, quia falſa, legatũ nõ vitiatur. toto tit.C de falſ. cauſſa adiec.leg.vel fideicõ.

SO.Cauſſa finali ceſſãte ceſſat effectus, vt hic. Secus ſi ſit cauſſa impulſiua, vt in contrariis, vt in.d.§.ſexum. Ratio alia finalis erat, ne virilibus officiis mulieres ſe immiſcerent. l. ij. ff.de reg.iur.

PR. Ceſſãte vna cauſſa finali, & altera remanẽte, non ceſſat effectus. l. liberorum. §. j.ff.de his qui not.infa.in §.affinitatis.inſt.de nuptiis.

PR.Ceſſante cauſſa priuilegij, ceſſare debet ipſum priuilegium. l. generaliter.ij. C. de epiſ. & cler.l.titia. §. vſuras. ff.de leg.ij.l.ne quidam. C.de teſtam.milit.vnde ceſſante clerico ab eccleſia, debet carere preben da.glo.in §.de illis.inſt. de milit.teſt.

PR.Communis opinio in dubio eſt ſequenda.l. j. in verſ. & crebrior.ff. de offic.quæſt.in l. minimè. ff. de legib. adde textum in.l.cũ quidã, in §.quod dicitur.ij. ff. de acq.her.vnde qui iudicat cõtra cõmunẽ opinionem, reus eſt pœnæ. Pan.in c.j.de conſt.& iudex iudicãs contra cõmunem, facit litem ſuã, ſicut ſi iudicaret contra leges ſcriptas.Bar. in. l. fin.C. de pœna iud.qui mal.iud.

OB.Contra de le.j.§. ſed neque. C.de vet.iu. enuc.vbi vnius opinio quandoque præualet.

SOL. Verum eſt vbi eſt verior & melior.

PR. Cōmunis opinio, vel error facit ius, in l. ſi. ff. de officio præto.

OB. Contra de l. quod non ratione. ff. de legib. vbi quod errore introductū eſt per conſuetudinē, ſeruari non debet.

SO. Dic quòd error vniuerſitatis vel principis facit ius. Ita intelligitur regula noſtra: erronea autem conſuetudo non facit ius. Ratio eſt, quia cōſuetudo cōſenſu introducitur. l. de quibus in ſi. ff. de legib. Nihil autem tam contrarium conſenſui eſt, quam error qui impedit conſenſum. l. ſi per errorem. ff. de iuriſd. omni iudic.

OB. Secundo opponitur de l. ornamētorū. ff. de aur. & argen. leg. vbi hæredis error ius non mutat.

SOL. Dic quòd hæredis error ius non facit vt ibi, ſicut nec teſtatoris, in. l. Labeo. ff. de ſupell. lega.

OB. Vltimò oppono de l. ſi. ff. de hæred. inſti. vbi communis fama, ſeu rumor falſus obeſſe non ſolet.

SOL. Ibi fauore vltimę voluntatis.

PRO. Continentia cauſſæ diuidi non debet, in l. C. de iudic.

PRO. Caſus ſuperueniens non tollit legitimè factum. in l. ij. ff. de ſtin. actuque pri. in l. is cui. ff. de teſta. in. l. j. §. ſi quis autem. ff. de bon. poſſ. contra tabul. in l. qui furere ff. de ſtat. hō. l. pater furioſo. ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni iur. in l. in ambiguis. in §. non eſt nouum. ff. de re. iur. reg. factum legitimè. de reg. iur. in vj.

OB. Contrà de l. ſi quis filio exhæredato. in. §. irritum. ff. de iniuſt rup.

rup. irritóve fact. teſta. &l. qui ex liberis in. §. teſtamẽto.ff.de bõ.poſ. ſecundũ tab. vbi teſta. ritè factum à principio rumpitur per amiſsionẽ libertatis, vel ciuitatis, vel propter condemnationem ab beſtias, vel alios caſus ſuperuenientes.

SOL. Vbi aliquis incidit in crimen punibile, tunc ritè prius factum tollitur, vt ibi. Vbi autẽ incidit in crimen non punibile, ſecus eſt, vt hic in furore. ob furorẽ enĩ nemo punitur, in.l.diu⁹ ff.de reſtit.in integ.

Vel dic quòd ibi loquitur in inſtitutione hæredis, quæ non tenet irreuocabiliter. ambulatoria enim eſt voluntas defuncti vſque ad vltimum vitæ ſpiritum: hic verò in actu irreuocabili.

PRO. Caſus dementis, correctio ſit ſapientis, glo.in §. titulos. in authen. de mand.princip. coll.ij.

PRO. Confeſsi de ſe, ſuper conſcientijs aliorum interrogari nõ debent, in l. fin. C.de accuſat. in ca.j. C.de falſ. mone.&.l.prouinciarũ. C.de ferijs.

SOL. Speciales ſunt caſus ibi propter immanitatẽ criminum, vt latronũ inſignium, vel fabricatium falſam monetam, vel committentium crimen læſæ maieſtatis.d.c.j.de confeſſis.

PRO. Caſum aduerſámque fortunã expectare non debemus, in l. inter ſtipulantem. in.§. ſacram. ff. de verb.obli.

OB. Cõtrà de l.diuortio.verſ. ſed & ſi facere. ff. de neg.geſtis, vbi habetur ratio caſus fortuiti. aduerſæquæ fortunæ.

SOL. Ibi expectatur quod

quod in futurum contingere poteſt, propter delictum geſtoris qui à ſe non exigit, vt ibi not.

PRO. Cuius rei ſpecies eadem conſiſtit, eadem res exiſtimãda eſt. l. proponebatur. ff. de iud.

PRO. Conceſſo vno inconuenienti ſequitur aliud. l. j. fin. C. de vſur. rei iud. l. ratas. C. de reſcind. vend.

PRO. Creſcẽte delicto creſcere debet & pœna. l. nemo. in fin. C. de epiſc. aud. l. relegati. ff. de pœnis. in l. quicunque. C. de ſeru. fugit.

- duplex
pœna

CO. Contrà nemo duplici pœna debet affligi, in l. licet. in §. fi. ff. naut. caup. ſtab. cã. preſbyter. 81. diſtin. c. at ſi clerici. extr. de iudic.

SOL. Duplex pœna dari non debet, cũ vtraque per ſe ſufficit, aliàs bene poteſt inferri duplex pœna, & pro hac ſolutiõe bene facit textus in can. ſunt plures. de pœnitent. diſt. 3.

PRO. Cum ſemel adita eſt hæreditas, omnis defuncti voluntas rata conſtituitur. in l. ſi patroni. §. qui fideicommiſſariã. ff. ad Trebell.

PRO. Cum ſemel adita eſt hæreditas, omnia iura tranſeunt ad hæredẽs. l. cum hæredes. ff. de acq. poſſeſſ.

PRO. Cui non conueniunt verba legis, nec legis diſpoſitio conueniet. l. j. §. Oſtilius. ff. ne quis eum qui in ius vocatus eſt. vi eximat.

PRO. Ceſſante ratione legis, ceſſat & ipſa lex. in l. quod dictum. ff. de pact.

PRO. Cupiditas ſeu cõcupiſcentia eſt omniũ malorum radix. 1. Timo. 6. & in can. bonorum. 47. diſtinct. in c. nam concupiſcentiam, extra de conſtit.

Pro.

PRO. Charitas autem eſt omnium bonorum radix, in c. quia radix. de pœnit.diſt.3.

PRO. Contractus ſunt facti.l.conſilio.in §. fin. ff. de curat.furioſ.

PRO. Certus & determinatus debet eſſe numerus clericorũ in eccleſia. §. j.in authen.vt determ. ſit. num.cleri. col j.

OBIE. Cõtrà, quia numerus canonicorũ determinatus augetur in c. cum M. Ferrarienſis, extra de conſtit.

SOL. Dic ex iuſta & rationabili cauſa augeri poteſt, ſuperexcreſcentib[9] ſcilicet eccleſiæ fructibus, ad diuini cultus augmentum.

PRO. Cauſa debet præcedere ipſum effectum.l.quod dictum.ff. de pact.

PROPO. Cor Regis in manu dei eſt, & vbi voluerit inclinabit illud. l.inter claras.C.de ſum. trinit. & fide catho.

PR. Conuicto mortuo, memoria quãdoque eius damnatur. l. fina.ff. ad leg.Iul.maieſt. in §. interdũ. inſt.de hæred. ab inteſta.

PR. Conditio extitura non reddit conditionalem diſpoſitionẽ, ſed puram. l.ſi pupillus.§.j. ff.de noua.& delega.

OB. Contrà de l.quib[9] diebus.§. cum quidam. ff.de condit.& demonſtra.vbi legatum redditur cõditionale per cõditionem, ſi moriatur, quæ tamẽ eſt omnimodo extitura.l.j.ff. eo.tit.

SOL. Dic quòd legatum ſub hac cõditione, ſi moriatur. eſt quidem purum quo ad tranſmiſsionem legati, vt in l.hæres meus ff. de cõd. & demon. quoad verò locutionem. eſt conditionale: quia incertum

eſt quando morietur.l. dies.ff.eod.tit.

FR. Caſſato principali caſſatur & acceſſorium. in l.non dubium. C. de legib.in l.cum lex.ff. de fide iuſſ.l.j.& ij.ff.de pecul.leg.in §.liberis.inſt. de pupil. ſubſt. & §.ij. inſt.de hæred. inſt. l. cũ principalis.ff.de reg.iu. c.inter dilectos, ext. de fid. inſtrum.c. cũ quid. &.c.acceſſoriũ. de reg. iur.in ſexto.

OBIE.Contrà de authen.ex cauſa.C.de lib. præter.vel exhæred.vbi caſſata inſtitutione quæ eſt caput & fundamentum teſtamenti.(§.ante hæredis,inſt.de leg.)remanent ſalua legata & fideicommiſſa.

S O L .Illud in odium parentum qui præterierunt vel exhæredarunt ſine iuſta cauſa filios.

O B.Secundò cõtra de auth. furioſi.C.de epiſ. aud. vbi tenet legatum in teſtamento, non hæredis inſtitutio, ſeu teſtamentum.

S O L.Illud ibi in odiũ filiorum qui patrẽ contempſerunt: quod non militat in acceſſorijs legatis,ſicut in inſtitutione principali, ergo non ſequimur principale.

O B. Tertiò contrà de c.cum contingat. extra de iureiu. & c.pactum. de pact. in vj. vbi non tenet principalis contractus de iure & tamẽ valet acceſſorium.

S O L.Ibi ratione iuramenti propter animæ periculum,quod eueniret ſi non ſeruaretur, vt ibi.

O B I. Quartò contrà de l. j.& authen.ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vendi.vbi principalis cõtractus minori, non valet,quia reſtitutio competit minori, & tamen acceſſoriũ iuramentum

ramentum validum eſt.
SOL. Illud eſt propter periurij periculũ quod nõ verſatur eodem modo in principali cõtractu, ſicut in acceſſorio.
OB. Quintò & vltimò oppono de l. ſtipulatio iſta, in §. alteri. ff. de verbo. oblig. vbi ſtipulatio prĩcipalis alteri facta nõ valet. & tamen ſtipulatio pœnæ acceſſoria valida eſt.
SOL. Ibi acceſſorium eſt præter legem, & non cõtra legem, & ideo tenet ſecundum glo. in d. l. cum principalis.
PRO. Conuentio facta contra ſubſtantiam cõtractus, facit cõuentionem in alium contractũ tranſire, vbi ſignificatio verborum patitur. in l. vbi ita donatur. ff. de don. cauſſ. mortis.
PRO. Ciuilia iura tolli poſſunt. l. non eſt nouũ. ff. de legib. in §. fi. inſt. de leg. agn. tut. & §. penul. inſti. de iur. na. gent. & ciui. & §. at hi q. inſt. de hære. ab inteſta.
PRO. Conſuetudo eſt optima legũ interpres. l. ſi de interpretatione. ff. de legib. c. cum dilectus. ext. de conſue.
PRO. Cõſuetudo pro lege obſeruatur, vbi deficit lex. l. de quib⁹ verſi. inueterata. ff. de legib. l. diuturna. & l. ſed ea. ff. eo titu. in c. cõſuetudo. j. diſt.
PRO. Conſuetudo vícit legem. l. de de quibus. in fin. ff. de legib. in c. fin. extra de lon. conſuetu.
OB. Contrà de l. conſuetudinis. C. quæ ſit lon. conſuetu. canonizata in can. conſuetudinis. xj. diſt.
SOL. Dic quòd ſi conſuetudo eſt generalis, legem generalem tollit. d. l. de quibus. in fi. ſi verò ſit ſpecialem tollit. in l. véditor, in §. ſi cõſtat. ff.

ff.comm. præd.non autem legem generalem. ita intelligunt doctores finem d. l. conſuetudinis.

PRO. Conſuetndo legem imitatur, in §. ex non ſcripto.inſt. de iur. natu gentium & ciuili.

PRO. Calamitas matris filio nocere non debet.§.j.inſti.de ingenuis

PRO. Crimen contrahitur ſi & voluntas intercedat. l.j. C.ad leg. Corn.de ſicar.

PRO. Cum lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debem⁹.l. de pretio de pub.in rem.act.ff. l. præſes. ff. de officio præſid.in c. ad audientiam.ext.de decim.

OB. Contrà de l.quãuis. ff. de in ius vocan. vbi lex non diſtinguit, nos tamen diſtinguimus.

SOL. Nos non debemus diſtĩguere niſi vna lex diſtinguatur per aliam,vt ibi.

PR. Crimina morte extinguntur.l.ſi.in ſi.ff. ad Iul. maieſt. in l.ij. C.ſi reus vel. accuſ. mort. ſue.

PRO. Communio ſolet excitare dioſcoridas in l.cũ pater. in §.dulciſsimus.ff.de leg.ij.

PRO. Confeſſus habetur pro iudicato. l.j. ff. & C.de confeſſo.l. poſt rem.ff.de re iudica.

OBIE. Contrà,quia etiam confeſſus condẽnãdus eſt:vt l. Iulianus. ff.eod.tit.& l.ſi domus. in. §. qui conſitetur.ff. de leg.j.

SOL. Simpliciter confeſſus condẽnandus nõ eſt, vt hic: ſed vbi non eſt ſimpliciter cõfeſſus, ſed cũ aliqua adiectione qualitatis. vt ſi hæres conſiteatur ſe quidẽ debere rem legatã,ſed non poſſe redimere, vel ſpeciem interiiſſe, vel ſimile, ad æſtimationem eſt con-

condemnandus, vt ibi.

PRO. Creditor nõ debet venire cũ ſacco paratus. expectare enim modicum tempus, ſcilicet decẽ dierum, debet ad ſoluẽdum, in l. quod, dicimus. ff. de ſolut. in l. promiſſor Stichi. §. j. ff. de conſt. pecu. l. ſi debitori. vbi glo. ff. de iud. in §. fi. inſtit. de inut. ſtipul.

PRO. Cœlum, quod ſupra ſolũ noſtrum intercedit. liberũ eſſe debet. l. ſi. intercedat. ff. de ſeruit.

PROP. Cœpta vſucapio præſcriptio per defunctum, continuatur per hęredem. in l. cœptam. ff. de vſucap.

OB. Contrà de l. cum hæres. ff. de diuerſi. & temp. præſcri. vbi hæres vſucapere non poteſt rem à defuncto poſſeſſam.

SOL. Ibi erat vitioſa poſſeſsio defuncti, ideo nec hæres vſucapere poterat, cum in omne ius defuncti hæres ſuccedat, vt ibi in principio dicitur.

PRO. Clauſula generalis nõ refertur ad ſpecificata. l. doli clauſula. de ver. oblig. ff. l. ſanctio legum. ff. de pœnis. l. quæro. ff. de actionib. empt.

OB. Contrà quia clauſula generalis refertur ad ſpecificata. in l. ſi de certa. C. de tranſact. & in l. age cum Geminiano. C. de tranſaction.

Preterea clauſula generalis plura continens, ad omnia expreſſa refertur. l. ſi ſeruus ſeruũ. in §. inquit lex. ff. ad leg. aquil. l. talis. ſcriptura. ff. de lega. j. & l. j. C. de lib. præte. vel exhæred.

SOL. Ibi clauſula generalis fiebat tantũ pro his quæ expreſſa ſunt: hic pro alijs: vnde non refertur ad nominata.

PRO. Correlatiuorũ idem

idem eſt iudicium, nam quod de vno dicitur, de altero neceſſe eſt vt intelligatur, in l. ſi. C. de indi.vid.toll.in l. fin.ff. de acceptiſa.in l.ij. C.de cupreſſ.lib.xij.

PRO. Cui iuriſdictio data eſt, & omnia ſunt conceſſa ſine quibus iuriſdictio explicari non poteſt. l. ij. ff. de iuriſdict.om.iudi.in c.ſuſpicionis. ext. de officio & poteſt.iud.deleg.

PRO. Compoſitum aliquando pro ſuo ſimplici ſumitur, no. glo.in rub.ff.de dote præleg.in l.verbum reddendi.ff.de verb.ſignifi.

PRO. Contractus in dubio intelligitur ſecũdum conſuetudinem.l. ſi prius. § .j. ff. de aqua plu.arcend.

PRO. Condemnatio non tenet vbi ſententia cõdemnatoria non valet.l.iiij.§.condemnatũ. ff.de re iud.

Pro.

PRO. Conditio purificata ꝓ pura habetur, in l.ſi pupillus.ff.de cõdi.inſti. l.ſi. §.Titius.ff. de condi.& demonſtra.

PRO. Cõſuetudo vim rei iudicatæ habet. l. nã imperator.ff.de legib.

PRO. Conſuetudo firmata eſt vbi ſimili aliquãdo cõtradictio iudicio quid eſt obtentũ ſeu iudicatũ .l.cũ de cõſuetudine ff.de legib.

PRO. Conſuetudo eſt altera natura. l. ſi. quis poſthumos.vbi gl. ff.de lib.& poſth.

PRO. Cauſa vel lis ſemel finita retractari nõ debet. l.cauſas vel lites. C.de trãſactio.in l.poſt quam liti.C.de pact.

OB. Contrà de l.admonendi. ff. de iureiu. vbi cauſa de nouo retractatur.

SOL. Illud fit propter inſtrumẽta de nouo reperta quibus quis vſurus eſt.vt ibi.

Pro.

PR. Cõmendare & deponere ſunt idem. l. Lucius. ff. de poſſeſ.

PR. Creditori licet vigilare ad ſuum conſequendum. l. ſumma. ff. de pecul.

PR. Canonicatus eſſe non debet ſine prebenda. c. relatum. &. c. dilectus. extra de præbend.

PR. Concubinatus eſt iure ciuili permiſſus. l. in concubinatu. in fi. ff. de concub.

OB. Cõtrà de can. nemo, & can. dicat aliquis xxxij. q. iiij. vbi quicquid preter vxorem legitimam committitur, adulterij crimine damnatur, ergo per conſequens concubinatus ꝓhibetur.

SO. Hoc verum eſt de iure canonum vt ibi.

PR. Caſus omiſſus diſpoſitioni iuris cõis relinqtur. l. cõmodiſsimè. ff. de lib. & poſth. in l. ſi extraneus. ff. de cond. cauſ. data. & cauſ. non ſecu.

PR. Cum labor in damno eſt, creſcit mortalis egeſtas. nemo debet mãducare labores noſtros cum diligentia & opera alicuius dãnoſa eſſe ſibi non debeat. in l. fin. vbi gl. C. de allu. & palu. & in §. ne autem labor. in auth. de iudi. coll. vj. quod not. pro donis doctorum. labor enim ſine fructu eſſe nõ debet. optat enim præmia quiſque labor, in cano. ibi. vij. q. j. & can. charitatem. xij. q. j.

PRO. Caſus fortuiti non præſtãtur in bonę fidei iudicijs. l. quæ fortuitis. C. de pign. actio. l. ij. §. ſi eo tẽpore. ff. de admi. rerum ad ciuit. pert. in l. contractus, de reg. iur.

OB. Contrà de l. ſubtracto. C. de fur. vbi caſus mortis præſtatur.

SO. Ibi in odium furis

vel raptoris, quos nullus caſus fortuitus excuſare debet. l. j. C. ꝙ met. cauſ. in l. j. §. rectiſſimè. ff. de vi & vi arma. cum ſemper ſint in mora alienas res contrectantes inuitis dominis l. in re. & l. fi. ff. de cond. furt.

OB. Secundò cõtrà de l. fi. C. de condi. inſer. vbi ſeruus tenetur de caſu fortuito.

SO. Ibi ratione libertatis, quæ eſt inæſtimabilis. l. libertas. ff. de reg. iur.

PR. Cauſarum merita partiũ aſſertione panduntur. in l. fi. C. ſi per vim vel alio mod. c. tũ ex literis. ext. de in integ. reſtit.

PR. Coniuncta perſona agit ſine mandato, procuratorio nomine, in l. ſed & hæ. ff. de procurat.

PR. Conditio eſt de futuro, non de præſenti vel præterito. l. cum ad præſens, cum duabus. ll. ſequẽ. ff. ſi cert. pet. l. inſtitutio. ff. de cõd. inſtit.

OB. Contrà de l. quib⁹ diebus. in §. quidam. ff. de condi. & demõſtrat. vbi valet conditio talis ſi moritur, & ſic de pręſenti.

SO. Ibi præſens pro futuro ponitur, & exponitur ſi moritur, pro ſi morietur, vt ibi glo.

PR. Connexorũ idem eſt iudicium, ideo quod de vno dicitur, de altero intelligitur. l. cum actum. ff. de negot. geſt. l. plerunque. ff. de ædil. ædict. in c. tranſlato. extra de conſtitu.

PRO. Conditio nihil ponit in eſſe. l. ſed & ſi ſub cõditione. ff. ſi quis omiſſ. cauſa teſtamen. l. legata quæ ſub conditione. ff. de condition. & demonſtrat. & l. cedere diem. ff. de verb. ſignific.

Pro.

PRO. Conditio ſit per ſi, modus per vt, cauſa per quia.l. demõſtratio falſa.in §.ſi.ff.de cõdit. & demonſtra.glo.in l.j. C.de his quæ ſub.mod. vel cond.fiunt,& in Rubric.C.de fal. cauſ. adiec.Bar.in l.j. ff. eodem tit.de cond. & demonſtra.

PR.Cõditio eſt triplex caſualis, poteſtatiua, & miſta.in l.vnic.in §. ſin autem ſub conditione. C.de cad.tollen.

PR.Cõditio debet adimpleri in forma ſpecificata l.qui hæredi. & l. Mæuius. ff. de cond.& demonſtr.

PRO. Cui damus actionem, multo magis exceptionẽ. l.j. §. quod autem ait prætor. ff.de ſuperfic.

OB.Cõtra de l. ſi quis conductionis. C.locati. vbi cõductor debet prius poſſeſsionem reſtituere, quàm de proprietate litigare. Huic ergo datur actio,non exceptio dominij.

SOL. Hæc regula non habet locum in poſſeſſoriis: quia prius debet cognoſci de poſſeſsionis cauſa,quàm proprietatis.l. ordinarij. C. de rei vendi. §. retinendæ, inſti. de interdict. hoc ſenſit glo.in l.inuitus.in §.cui damus.ff. de reg. iu.

PRO. Cedens bonis, neque agit, neque conuenitur.l. item ſi vnus. ff.de arbit.

PR.Cõſueta relinquere durum eſt. l. præcipiunt.ff.de ædil.edi.

PRO. Collatio beneficiorũ inter fructus annumeratur.gl. communiter approbata in c.cũ olim,extra de maior. & obed.

PR.Certa eſt nummorum æſtimatio.l.nũmis. ff.de in lit.iur.

PRO.Contentum pro

continente ſumitur, in l.certo.ff.de ſeruitu.ruſtic. prædiorum. & ibi glo.& in l.iuriſgētium. in §.quod ferè, vbi glo. de pact.

PRO. Cautius eſt negotiandum.l.in ciuilem C.de fur.

PRO. Coacta voluntas, voluntas eſt. in l.ſi mulier. §.penu.ff.quod met.cauſ. in can. meritò. vbi glo.xv.q.j.vnde verſus:

Sicq; volens factus, quod nollem velle coactus.

OB. Contrà de l. velle. ff.de regu.iur. vbi velle non creditur, qui coactus ab alio vult.

SOL. Coacta voluntas non eſt voluntas ſimpliciter, vt in contrario ſed ſecūdū quid, ſcilicet coacta, & ita intellige.

PR. Cōuentio facta in vna re vel perſona, non extenditur ad aliam in l.ſi vnus, in §.ante omnia.ff.de pact.

OB. Oppono primò de l. fideiuſſoris, verſ. cum alio.ff.eodem titu. vbi conuentio cū alio facta, alij prodeſt.

SOL. Ibi quia principaliter intererat paciſcentis.

OB. Secundò oppono de l.& ſuum.§.ſi.cum.l. ſeq. & l.rei emptum, in princ.ff.de pact.vbi maior pars creditorum remittens partem debiti, præiudicat aliis creditoribus.

SO. Illud propter eorū vtilitatem fieri videtur, quia debitor nō eſt ſoluendo, & quia non haberent quem conuenirēt, cū hæres nollet adire ſine remiſsione partis debiti, vt ibi not.

OBIECT. Tertiò obſt.l.in cauſſæ. §.ſi.ff. de procu. vbi ſtipulatio à procuratore facta, prodeſt domino.

Sol

SOL. Ibi quia procurator, & dominus ead perſona reputantur.

OB. Quartò opp.l. ſi pupillus.ff.de admi.tut. vbi cõuentio liberatoria facta cũ vno tutore, alij tutori prodeſt. idẽ in magiſtratibus collegis, vt ibi dicitur.

SO. Ibi plures tutores in eadem tutela, vel magiſtratus in eodẽ officio pro vna eademq; perſona reputantur. Ideo pactum factum cum vno, trahitur ad alium.

OB. Quintò & vltimò opponitur de l. tale pactum. in §. fi. de pact. ff. vbi conuentio de fratre extenditur ad filium.

SOL. Ibi cõuẽtio fuerat facta de hærede ſuo fratre, & ſic teſtator voluit conſulere ſuo hæredi, & ſic per conſequens filio ſuo.

PR. Conuentio dat legem contractui. l. j. §. ſi conuenerit. ff. depoſiti. l. contractus. de regul. iur. ff.

OB. Contrà l. pacta nouiſsima. C. de pactis, vbi cõuentio quę fuerat facta inter partes, nõ ſeruatur.

SO. Ibi qa vltima cõuẽtio priori derogauit.

PR. Creditor ſoluto debito retinẽs & celãs pignus, tenetur furti. l. ſi quis vxori. §. eum creditorem. ff. de furt.

PRO. Conueniunt rebus nomina ſæpe ſuis. in §. & eſt aliud. inſt. de do nat.

PR. Cõtra pręſumptionem iuris & de iure, nõ admittitur probatio in contrarium, vt in caſu. l. j. in prĩc. C. de rei vxo. act. & l. ſecundum. ff. de verb. oblig. & l. fi. C. ad Velleia. Ratio eſt, quia hoc caſu lex præſumit de facto & ſtatuit.

Contra autem præſumptionem iuris tantum, admittitur probatio

tio in contrarium. in l. etiam.ff. de don. inter vir.& vxo. & l.in liberæ.ff.de rit.nupt.l.ſi chirographum. ff. de proba.in l.nõ eſt veriſimile vbi gl. eſt not.ff.de eo quod met.cauſ. hæc eſt communis traditio glo. & doct.in l. ſiue poſsidetis.C.de probat.& in c.is qui fidem. extra de ſponſ.& matrim.

PR.Curare debet præſes prouinciæ, vt malis hominib⁹ prouincia ſit purgata.l. præſes. & l. congruit. ff. de offic. præſid.

PR. Curare debet iudex vt ſententiam ferat certam.in §.curare inſt. de actio.

PR.Cuius quis in agendo obſeruat arbitrium, eundem habere & contra ſe iudicẽ in eodẽ negocio non dedignetur. l.cũ Papinian⁹. & auth. & conſequenter. C. de ſent.& interl.omn. iud. can.accuſatores.§. cui⁹ in agendo.iij.q.viij.

PRO. Conſuetudo mala radicitus eſt euertenda.can.mala. viij.diſtinct.

PRO. Contractus qui conſenſu cõtrahuntur, contrario conſenſu diſſoluuntur.l.ab emptione.ff.de pact. §. fin.inſt. quib.mod.toll. oblig. l. nihil tam naturale.ff.de reg.iu.

PRO.Carcer ad continendos homines, non ad puniendos dari debet.l.aut damnum.in §. ſolent.ff.de pœnis. l. fi. C.de cuſt.re.

OB. Contrà. Imo carcer non ſolum datur ad cuſtodiam,ſed etiam ad pœnam,vt in c.quáuis. de pœnis.lib.vj.

SOL.Ibi de iure canonico.

PR.Caput eſt pars hominis principalior, per quam cognoſcimur. l. cũ in diuerſis.ff.de religio

gio. & ſumpt.fune.

I R. Clericis nec vxores nec cócubinas licet habere.l.cum qui. & auth. multo magis.C.de epiſ. & cle. can. interdixit. xxxij.diſt.& can. cū omnibus,lxxxj.diſt.c.j. & c.à nobis. de cohab. cle. & mulie.

TR. Contraxiſſe vnuſquiſque intelligitur in eo loco, in quo vt ſolueret ſe obligauit. l.cōtraxiſſe.ff.de act. & oblig.l.iij.ff de bon. auth. iud. poſſi.

OB. Contrà de l.eum qui.§.j.ff.de conſtit.pecu.

SO. Licet de iuris fictione ibi cōtrahere videatur,tamen ibi habet forum, vbi verba contractus fuerunt: & ideo ibi conuenietur.Vel dic quòd ibi nō poteſt cōuenirí propter legationem,vt ibi glo.

TR. Ciuibus relictum, ciuitati videtur relictum.l.ciuib⁹.ff. de reb. dub.

I R. Correctio non debet fieri per ſubauditos intellectus. gl. communiter approbata in c.cupientes. §. quòd ſi per viginti,de elect.in vj.

TR. Correctiones ſunt euitandæ in iure noſtro niſi expreſſa fiant, in l. ſi quando.c.de moff.teſta.in l. præcipimus. in fi.C.de appellat.in l.ſancimus. C. de teſtam. c. cum expediat. de elect. in vj.Vnde in correctoriis non ſolet fieri extēſio de vno caſu in alium in l. ſi verò §. de viro. ff.ſolu.ma.in l.fi. & aut. quas actiones. vbi no. C.de ſacroſan.eccleſ.

OB.Contra de l.ſi quis ſeruo.iūcta gl.C.de ſur. & l.illud.cū gl.C.de ſacroſan.eccle. Vbi etiam in ſtatuto correctorio fit extenſio de vno caſu in alium.

SO. Verum eſt vbi eſt

 eadem

eadem ratio & æquitas, vel vbi ſunt ſimiles caſus, vt ibi.

PR. Circuitus ſunt euitandi. l. ſingularia. ff. ſi cert. pet. l. dominus teſtamento. ff. de cōd. indebit. l. ne in arbitris. §. fin. C. de arbitr. in l. fin. C. de adoptio. ſ clemēt. auditor. de reſcript. in Clem.

OB. Contrà de l. ij. in prīcipio. ff. ad l. Rho. de iactu. vbi damnum paſſus agit cum magiſtro, & magiſter cum vectore, & ſic fit circuitus.

SO. Dic quòd etiā ibi circuitus euitari poteſt, quia ſi magiſter agere nolit, vel retinere merces, recta via aget damnum paſſus, vt ibi gl. declarat.

OB. Preterea contrà de l. ſi vſusfructus, in princ. ff. vſuſructua. quemadmo. caueat. Vbi vſufructuarius cauet domino, & fideicōmiſſarius fructuario, & ſic cum circuitu.

SOL. Illud eſt ibi propter ſpem vſusfructus, vt ibi not.

PRO. Clauſula quantumlibet generalis non refertur ad ea de quib⁹ nō cenſetur eſſe actum vel cogitatū inter partes. l. cum Aquiliana. & l. qui cum tutoribus. in §. fin. ff. de tranſactio. l. age. & l. ſi de certa. C. eod. titulo.

OB. Contrà de l. ſub prætextu. ij. reſp. C. eodem, vbi generalis trāſactio in omnibus præiudicat, etiam in iis de quibus non eſt cogitatum inter partes.

SOL. Ibi erat generalis petitio & trāſactio, hic autem ſpecialis petitio, & generalis tranſactio quo ad verba: vnde non refertur niſi ad ſpeciem petitam. ita not. glo. in l. tres fratres. ff. de pact.

Pro-

PRO. Cùm ſpeciale nomen habemus, ad generale non recurremus. l. mortis cauſa capitur. ff. de donationibus cauſa mortis.

PRO. Culpa ſimilis eſt tam docere quàm diſcere prohibita. l. culpa. C. de malef. & mathemat.

OB. Contrà de l. quicunque, in fin. C. de hæret. vbi plus puniuntur docentes, minus autem diſcentes.

SOL. Ibi non diſcebat, ſed tantum erat cauſa diſcẽdi, vt ibi glo. intelligit.

PRO. Capite ægrotãte, omnia mẽbra agrotat, in can. ſicut. vij. q. j.

PRO. Concuſsis colũnis corrũit ædificium. ca. qualiter & quando, ij. extra de accuſationibus.

PRO. Conſiderandum eſt ĩ omni actu id quod principaliter agitur, nõ quod incidẽter. l. ſi quis nec cauſam, & l. rogaſti. ff. ſi cert. petatur.

PR. Cùm lex quid in præteritum indulget, in futurum vetat. l. cum lex. ff. de legi. E contrario cum lex in futurum vetat, in præteritum indulget. l. leges. C. de legibus in c. fin. extra. de conſtit.

PRO. Continuatio rubricæ ad rubricam debet fieri ad proximiora vulgata. l. ij. ff. de ſtatu hominum. arg. l. cum de lanionis. in. §. aſinam molendinariam. ff. de fund. inſtr. inſtrumẽtóque leg.

PR. Contractus claudicare non debent. in l. Labeo. in §. cõtractum. ff. de verbo. ſignific. & l. conſenſu. ff. de act. & obliga.

OB. Contrà de §. j. inſt. de auth. tuto. vbi pupilli non obligatur, maiores autem obligantur ex

ex contractibus ſine tutoris authoritate celebratis.

S O. Verum eſt quòd multi cõtractibus claudicant, & ex vna parte poſſunt tenere, & ex altera non, vt ſi pupillus contrahat cum maiore ſine authoritate tutoris, vt in l. non eo minus. C. de procura. & in l. Iulianus. in §. ſi quis à pupillo. ff. de action. emp. Idem in eccleſiaſticis rebus ſine conſenſu epiſcopi alienatis, qa reuocantur ad ius eccleſiaſticum. in can. ſi qua de rebus. ij. q. ij. Idẽ in ſponſalibus cum impubere contractis. in. c. de illis. vbi bona eſt gl. extr. de deſpon. impub. vbi maior minorem expectat ratione ſuæ promiſsionis, nõ matrimonij, vt ibi not.

P R. Contrahentes inuicem ſe poſſunt naturaliter decipere. in. l. in cauſſæ, in. §. idem Pomponius. ff. de minor. l. item. §. quemadmodũ. ff. loca.

O B. Contrà, quia contractus dolo partiũ celebratus, ipſo iure non valet. l. & eleganter. ff. de dol.

S O. Regula noſtra vera eſt dummodo abſit dolus, vt ibi not.

O B. Præterea contra. de. l. ij. C. de reſcind. vẽ. vbi reſcinditur contractus venditionis, ſi emptor deceptus eſt in iuſto rei pretio.

S O. Dic quòd contrahentes poſſunt ſe decipere vſque ad dimidiũ iuſti pretij. ita intelligitur iſta regula. vltra verò dimidium non poſſunt. vt in contrario.

PR. Conditio ſubintelligenda eſt etiamſi non apponatur, in l. cũ quis. ff. de ſolut. vbi conditio ſubintelligitur in contractu, ſi in eodem ſtatu maneatis

maneatis cui ſoluendũ eſt in l.cum ſeruus.ff.de cond.inſtit. & l.auia.ff. de condi.& demonſtra. vbi conditio in inſtitutione adiecta, in legato videtur repetita,& in l. ſi cui.ff. de ſeruitut.ibi, nam quædam in ſermone tacitè excipiuntur.& in.l. dotis promiſsio. ff. de iur. dot. vbi omnis dotis promiſsio futuri matrimonij tacitã conditionem habet.Item in iuramento intelligitur ſemper conditio,excepta legis aut pricipis authoritate.l.fin. ff.qui ſatiſd.cogant.&c.venientes, extra de iureiu.& in reſcriptis clauſula, ſi preces veritate nitũtur, in c.ij.ext.de reſcripto.

OB. Contra de l.vniuerſa. C.de diuerſ. reſcrip. & can.dicenti. §. vniuerſa. xxv. q.ij. vbi non valet reſcriptũ niſi ſit expreſſa conditio in reſcripto,ſi preces veritate nitantur.

SOL.Verum eſt ſecundum leges,ſecus ſecundum ius canonicum, vt ibi.

PR.Contraria in eodẽ ſubiecto conſiſtere non poſſunt, vnde allegans contraria, non eſt audiẽdus.in l.j.C. de furt. l.j.ff.mã.l.Titiæ.ff.de cõdit.& demonſtrat.l. cõtra maiores.C.de inoff. teſta.in c.ſolicitudinem, in fi.ext.de appell.

OB. In contrarium primò allegatur textus in l.Papinianus,in.§.ſed neque impuberis. ff. de inoff.teſta.vbi lex variationem heredis admittit, quia poteſt allegare nunc teſtamentum eſſe filij, nunc patris, & ſic contraria allegat.

SO.Contraria allegãs, non auditur, intellige hoc in eadem inſtantia ſeu iudicio, ſecus in diuerſis inſtantijs ſeu iudicijs,quia tunc permittitur.

titur contraria allegare, vt in contrario: & ibi vide Bart.

O B. Prætereà obſtat. l. nonnunquam. ff. de colla. bon. vbi varietas permittitur, & conſilium mutantis prætor non aſpernatur.

S O. Ibi caſus eſt ſpecialis in hæreditate paterna, quæ eſt quaſi nobis debita. vt ibi not.

O B. Adhuc opponitur. de. l. naturaliter. in. §. nihil commune. ff. de acq. vel amit. poſ. vbi petitoriũ quo quis dicit alium & non ſe poſsidere, & poſſeſſorium retinẽdæ. quo dicit ſe poſſidere, non alium, concurrunt, & ſic concurſus contrarietis ibi admittitur.

S O. Ibi diuerſis reſpectibus poſſeſſorium retinendæ, & petitorium ſimul in eodem iudicio intẽtatur ab vno & eodem, quia petitorium propter naturalem poſſeſsionem alterius intẽtatur. poſſeſſorium verò retinendę propter ciuilem meam poſſeſsionẽ vel naturalem, quã alius habet a me, ita intelligunt glo. & doct. d. §. nihil commune.

O B. Quartò contrà de l. j. C. de ſeru. fug. vbi ſeruus facit furtum ſui, & ſic eſt agens & patiẽs ſimul quæ ſunt contraria.

S O L. Ibi ſpeciale in ſeruo fugitiuo, vt interrumpatur vſucapio, ne fuga ſeruorum dominis damnoſa ſit, vt ibi dicitur.

O B. Vltimò onus & emolumentum ſunt cõtraria, & tamen in eandem perſonam concurrunt. l. ſecundum naturam. ff. de. reg. iur.

S O. Dic quod non eodem tempore. hæc autem regula intelligitur, quando ſimul & eodem tempore

tempore contraria concurrunt.

PR. Continens pro cõtentio accipitur in l. ſolent. iuncta glo. ff. de offic. proconſu. & lega.

PR. Culpa eſt immiſcere ſe rei ad ſe non pertinenti l. culpa. ff. de reg. iur.

O B. Contrà quia quis ad aliena negocia tractanda inuitatur. in. l. ij. ff. de neg. geſtis.

S O. Ibi non culpabiliter alienæ rei ſe immiſcet, ſed potius officium ſuum adimplet, homo enim homini debet officium ſuum. l. ſi ſeruus, de ſeru. expor. ff. Vel dic quod hoc eſt in vtilitatem abſentium introductũ, ne res ſuas amittant. l. j. ff. eo. ti §. j. inſti. de oblig. ex quaſ. contract.

PR. Cui committuntur præcedentia, & conſequentia videntur committi. in. l. ſi. procurator. & l. indebitam. ff. de condic. indeb. in. l. qui procuratorem. ff. de ꝓcu. in l. inuitus. C. eodẽ titu.

O B. Contrà de l. cum procurator. in. §. fi. ff. de colla. bon. & l. tutor. ff. de bono. poſſ. & l. j. §. vnuſquiſque. ff. de ſucceſ. edic.

SOL. In his quæ pertinent ad commodum & vtilitatem ipſius concedentis, commiſſo præcedenti, & conſequens videtur commiſſum, vt hic. ſecus in his quę ſpectant ad damnum concedentis, vt in cõtrarijs. magna enim eſt differẽtia lucri & damni. in l. fi. C. de codicil.

ADDITIO.

RR. Collegium faciunt tres. l. Neratius Priſcus. ff. de verb. ſignifi.

PR. Caſtitas ſola eſt, quæ poteſt cum fiducia animas hominum deo præſentare, in §. ſancimus

mus in auth. de lenonib.colla.iij.

PR. Cocus eſt nomẽ officij. no. Accur.in in l. Legati ſeruis. §. ſi ex officio. ff. de leg. iij.

PR. Cõdictio eſt actio. in l. rerum amotarum actio. ff. rerum amot. tectus eſt in §. appellamus. inſt. de actio.

PR. Cui pater eſt populus, pater eſt ſibi nullus. Accur. in §. ſi aduerſus. verſi. nã nec hi. inſt. de nup.

PR. Ceſſante neceſsitate, ceſſare debet pariter quod vrgebat, can. q̃d pro neceſsitate. j.q.j.

PR. Calumniantes ad vindictam poſcit ſimilitudo ſupplicij. in le.fi. C. de accu. in l.fi. C. de calum.

PR. Ciuitas illa apud Platonẽ rectiſsimè ordinata traditur, in qua quiſque proprios neſcit affectus. c.j. 8. diſt.

PR. Cuius eſt poſſeſsio, ius eius ſit & inſtitutio. ca. viſis. ij. q. xv.

EX VTROQVE Teſtamento.

PR. Cognitio peccati eſt per legem. nam concupiſcentiam neſciebã, inquit Paulus, niſi lex diceret, Non concupiſces: in c. nã concupiſcẽtiam, de conſtitut. ext.

PRO. Charitas non quærit quæ ſua ſunt. j. Cor 13.

PR. Corrumpunt bonos mores colloquia praua. j. Cor. 15.

PR. Cum ſancto ſanctus eris, & cum peruerſo peruerteris. 2. Reg. 22. pſal. 17.

PR. Circulus aureus in naribus ſuis. mulier pulchra & fatua. Prou. 11.

PR. Corpus non inquinatur, niſi de conſenſu mentis. Matth. 15. can. j. xxxij. q. v.

D

PROPOSITIO

DE cōtractibus ad vltimas voluntates rectè arguitur. in l. quæ de legato. ff.de le.j.l.qui chirographum. ff.de l.iij in.l.pactum,vbi not. C.de pactis.in §.j.inſt.de le.Fuſ. Canin.toll.

OB.Contrà de l.ſi Stichum . § . j. ff. de verb. oblig. iun cta l . cum in annos.ff. quãdo dies lega.ced.& l. ſi vxor. cum glo. C. de cond. inſert. & l.ſi filius familias, iũcta ibi glo. ff. de verborum obl . & §. impoſsibilis,inſt.de inut . ſtipu. iuncto . §. impoſsibilis. inſti . de hæredib . inſti. vbi aliud ſtatutum eſt in contractibus , aliud in vltimis voluntatibus.

S O. Vbi eſt eadem ratio valet argumentum de contractibus ad vltimas voluntates,vt hic, ſec⁹ vbi diuerſa eſt ratio vt in contrariis.

P R . Diuerſa ratio pactum reformat. in l.interpoſita. C. de trãſact.

P R . Dos non eſt verè debita, ſed quaſi debita filiæ . gloſ . in l.iij.C.de iuris & facti ignoram. & in l. mulier, in §.pen. ff.ad Trebel. Adde textũ in l.ſi.ff.de coll.dot.

P R O.Deceptis & non decipientibus iura ſubueniunt.in l.ij.in.§.verba ff.ad ſenat.Velleia.in c.cũ vniuerſorum , ext. de rerum permut . & in c.inter dilectos,extra de fide inſtru.

P R O.Dolus præponderat culpæ . l.ſi mora. ff.ſol.ma.in l.item ſi obſtetrix.ff.ad leg.aqui.

PR.Damnum eſt diminutio patrimonij . l. iij. ff.de dam.infect.

PR.Delicti venia pœnitentibus datur.l. Manichæos.C.de hæret.l.vltima.C. de ſum.trini. & fid.catho.

Pr.

P R. Dilatio conceſſa ſuper principali, cenſetur cōceſſa ſuper acceſſorio.l. cum ſoluendæ, vbi Bart. ff. de diſtrac. pig.

P R. Data literarum in beneficialibus eſt inſpicienda, in c. eam tē, &c. conſtitutis, ext. de reſcrip. in c.gratia. &.c.ſi eo tempore, & c.tibi, & ca.ſi.de reſcrip. in.vj.& c.cui.de præbend.in vj.

O B.Contrà imò præſentatio literarum collatori facta, expectanda potius eſt, vt in c.capitulum ſanctæ crucis. de reſcrip.ext.& c.dilectus. ij. extra. de præbend. & c. ſi capitulo, de conſ. præben.in vj.vbi temp⁹ præſentationis reſcripti inſpicitur, non datæ ſeu impetrationis reſcripti.

S O. Dic quod in.q.c. capitulum, dum dicitur quòd qui prius mandatum apoſtolicum præſentauit, ille obtineat beneficium, intelligendum eſt ita quod qui prius ſcilicet reſcriptum ſeu mandatum apoſtolicum pręſentauit, obtineat beneficium: nō autem qui prius, eſt priori tēpore præſentauit mādatum apoſtolicum. & ſic ibi dictio prius, erit nomen, referendo eam ad mandatum apoſtolicum, non autem aduerbium, referendo eam ad verbum præſentauit. & ita ille textus facit potius pro regula noſtra, ſcilicet quòd qui pręuenit in impetrando, ille obtinet. Nec obſtat c. dilectus.ij.quia ibi tempus præſentationis inſpicitur quo ad moram & contumaciam ordinarij collatoris, vt ibi. Et ad. c. ſi capitulum, reſponde quod ibi tempus præſentationis inſpicitur quo ad impediendum ordinariū collatorem, ne alteri conferat,

ferat, vt ibi. & ita habes duas limitationes pulchras ad regulã noſtrã.

PRO. Defenſor propriæ ſalutis in nullo peccaſſe videtur, c. ſi quis percuſſorem. ff. ad leg. Cor. de ſicar.

PRO. Diſponat teſtator, & erit lex. in §. diſponat, in auth. de nup. coll. iiij.

PR. De ſimilibus ad ſimilia valet argumentũ. Similium enim eadẽ eſt ratio, in l. nõ poſſunt. ff. de legib. in l. leges. j. C. de legib. in ca. in cauſis. extr. de re iudic. in c. ij. de tranſl. epiſcop.

PR. Dictũ generale generaliter eſt intelligẽdũ l. j. §. & generaliter. ff. de leg. præſtan. l. iiij. de in ius voc. ff.

PRO. Dictum generale reſtrĩgitur per rationem. in l. cum pater. in §. dulciſsimis. vbi Bar. ff. de leg. ij.

PR. Durum eſt coram ſuſpecto iudice litigare. c. cum inter. extra de except.

PR. Dimidiũ facti qui bene cœpit, habet. gl. in l. j. ff. de orig. iur.

PRO. Debitum in genere, nunquam perit, in ſpecie tamen perit. l. incendium. C. ſi cer. pe. & l. ſi ex legati cauſſa. ff. de ver. obli.

PR. Dñi eſt terra, & plenitudo eius. Pſal. 23. c. tua. ext. de deci.

PR. De quæſtione facti nõ reſpõdet iuriſperit⁹. l. cũ quẽ temere, in §. iudicibus. ff. de iudi. in l. mora. ff. de vſur.

OB. Contrà de l. Arethuſa. cũ l. ſeq. ff. de ſtat. hom.

SO. Dic quod decidere quæſtionem facti nõ vult iureconſultus, quia facta aliena ignorare poteſt. c. j. de conſt. in vj. ſed quærere factum, vt ex eo ius dicat poteſt, cum ex facto ius oriatur

tur. l. ſi ex plagis. §. in cliuo.ff.ad leg. Aquil.vt in contrario.

PRO. Dare eſt accipiētis facere.in l.vbi autem non apparet. in §. ſi.ff.de verbo. ob. in §. ſic itaque diſcretis inſt. de actio.

PR.Dignũ eſt vt qui ſimilem cum aliis vitam ſuſcipiunt,ſimilem cum aliis ſentiant diſciplinã. in ca.recolentes,ext. de ſta.mo.ſeu regul.

PR.Differentia eſſe debet inter dantẽ & accipiẽtẽ.l.j.ff.de auth. tut. in c.fin. de inſtit. extra.

PRO.De gradu' in gradum eſt aſcendendum, nam qui nimis feſtinat, ſeipſum præcipitat, vnde feſtina lentè. Nã qui vadit planè,vadit ſanè, in l. vt gradatim, vbi Bart.ff.de mu.& hõ. gl. in §. j. inſti. de iuſti. & iur.

PRO. Dominium à naturali poſſeſsione cœpit. in l. j. ff. de acqui. poſſeſſ.

PRO.Domus tutiſsimum cuique refugium & receptaculum eſt.l. pleriq;.ff.de in ius voc.

PR. De domo ſua nemo extrahi debet. l. ſed & ſi is.de in ius voc.ff.

PRO.Donatio omniũ bonorũ reuocatur ſuperuenientibus liberis. l.ſi vnquã. C.de reuoc. donat.

PRO. Deus non vult mortem peccatoris, ſed vt magis conuertatur & viuat.vt in princ. in auth.vt non luxur. homi. contra natu. coll. vj. in can. admonere xxxiij.q.ij.

PR. Diuerſa proponẽs non auditur.l.profeſsio & deſiderium tuum.C. de mu.patr.lib.x.

PR. Diuerſitas temporum diuerſitatem donationum inducit.l. ſancimus.in §.ſi quis autem. C.de donat.

PR. De maiori ad minus valet argumentum auth. multo magis. C. de epiſc.& cle.& auth. multo magis. C.de ſacro.eccle.in l.nec in ea. §.j.ff.ad leg.Cor. de ſicar.l.ij.vbi gl.C.de pat. qui fil.diſtra.

OB. Contrà, cui licet maius,non licet minus. probatur,maius eſt dánare in metallum,quàm deportare,cum per cõdemnationem ad metallum, maxima capitis diminutio interueniat, per deportationem autem minor ſeu media. in §.maxima.& §. media,inſt. de capit.diminu.& tamen præſes ꝓuinciæ poteſt damnare in metallum. l. illicitas. in §.qui vniuerſas.ff.de offic. præſi. & non deportare in inſulam. l. j. §.deportatos. ff. de leg. iij.

SO.Ibi illud eſt ꝓpter inſularum aſsignationé quam ſol⁹ princeps vel alius maxim⁹ iudex poteſt facere,quia in proprio dominio ſunt principis : deportatio autem non poteſt fieri ſine aſsignatione inſularum.

PR.Dolo ineſt fraus. l. iuriſgentium. §. ſed ſi fraudandi.ff.de pact.

PR. Datum meretrici non repetitur.l.idem & ſi.§.ſed & quod meretrici.ff.de cõd. ob turp. cauſ.

PR.Diſtingue tempora & concordabis ſcripturas.l.apud antiquos.C. de furt.can. ſi peccauerit.ij.q.j.

PR. De duobus malis, minus eſt eligendum. l. quoties.ff.de reg.iur. in can. duo mala. xiij. diſtinct.

OB.Cõtrà de l.ita vulneratus,ad le.Aquil.

SOL.Ibi ob fauoré publicum, ne crimina remaneant impunita.

PR. Difficile eſt plures in vnum conuocarē.l.ij. in §.deinde quia difficile.ff.de orig.iud.

PRO.Delegatus iudex fungitur tantum vice delegantis,non ſua. l.j. §.fi.& l.ſi prætor. ff. de offi. eius cui mand. eſt iuriſ.l.ſolet. ff. de iuriſdi.om.iudic. in c. ſanè. de officio & poteſta. iud.deleg.

PRO.Delegatus iudex ſentētiam ſuam exequi non poteſt.l.à diuo Pio. ff.de re iud.

OB.Contrà de c. quærenti.extra de off.& pote.iud.dele.

SO.Ibi per annum tantùm exequi poteſt de iure canonico.

PRO. Definitum non debet latiꝰ patere quàm ipſa definitio: & ecōuerſo.l.j.§.dolū. ff. de dol, mal.

PR.Diuerſitas nominū diuerſitatem conſtituit effectuum.l.ſi idem. C. de codicillis.

OB.Contrà de l. quicunque.§.idcirco.C.de hæretic. vbi eſt diuerſum nomen hæreticorum,& tamen eadē hæreſis,& l.j.ff.de leg.j. & l.ij.C. commu. de leg. vbi legata & fideicommiſſa diuerſa habēt nomina, & tamen habent eundem effectum.

SOL. Diuerſæ appellationes diuerſos effectus conſtituunt, vbi diuerſos tractatus habēt, aliàs minimè,vt in contrariis.

PR. Dolus dicitur delictum. in l. j.§. planè. ff.de tute.& rat. diſtra. & in l.ſi ex cauſa, in §. nunc videndum. ff. de mino.

PRO. Duo ſpecialia circa eandem perſonam non poſſunt concurrere.in l.j.C.de dot, promiſſ.

PR.Decedere ꝓ parte teſtatus,& pro parte inteſtatus

teſtatus,quis non poteſt. l.ius noſtrum.ff.de reg. iu.in l.j.§. ſi ex fundo. ſi.de hæred.inſt.in §.hæreditas.inſti. de hæred. inſtit.

OB.Contrà de l.circa. & l.nam & ſi parentib⁹, in §.fi.ff.de inof.teſt.vbi teſtator decedit ꝑ parte inteſtatus.

SOL. Hoc verum eſt ex poſtfacto,vt in contrario,ſecus ab initio,vt hic.

PRO. Diligenter fines mandati ſunt cuſtodiẽdi.l.diligenter. ff. manda.c.cum dilecta. in fi. ext.de reſcrip.qui enim excedit mandatũ aliud quicquam facere videtur,ideo tenetur mãdati,vt ibi.

OB.Arg.contrà de l.ſi is cui.ff.quemad. ſeruit. amit. vbi qui amplius facit quàm fieri debet, non facit aliud,ſed plus quàm ſit faciendũ, ideo nec præiudicatur ei.

Sol. SOL.Strictius eſt obſeruanda forma mandati,quàm ſeruitutis. Ratio,quia in negotiis alienis diligentius verſari debemus,quàm in noſtris.l.in re mandata.C. mand.In vſu verò ſeruitutis vti quodammodo iure meo videor. Nõ mirum ergo ſi excedens vſum ſeruitutis, nõ tam puniatur, quàm excedens formam mãdati.

PR.Donari videtur qđ nullo iure cogente conceditur.l. donari.ff. de donat.

PR.Difficillimũ eſt iuſtum dolorẽ temperare in l.ſi adulterium. in §. imperatores. ff. ad leg. Iul.de adult.

PROP. Dolus dans cauſam contractui,contractum ipſo iure annullat.l.& eleganter. ff. de dol.mal.

OB.Cõtrà de c.penul. extra quod met. cau. vbi

vbi licet dolus det cauſam contractui, non tamen ſubuenitur dolum paſſo, nec reſcinditur contractus.

S O L. Ibi in ſpiritualibus.

PR. Delegat⁹ iudex delegare non poteſt. l. à iudice. C. de iudic. in l. fi. ff. de off. eius cui mand. eſt iuriſ. ratio ponitur in l. j. §. fi. ff. de off. eius cui mand. eſt iuriſ. iuncta l. more maiorum. ff. de iuriſd. omniũ iudic.

PR. Decem oues faciũt gregẽ, & quinq; porci. l. oues. ff. de abige.

PRO. Decem homines faciunt populum & turbã. in l. prætor. in princip. ff. vi bon. rapto. & in can. vnio, vbi glo. x. q. iij.

P R O. Duo faciunt rixam, & congregationem. in l. prætor. ff. vi bon. rapt. & in c. j. extra de electio.

PRO. Dictio excluſiua nõ excludit ſimiles caſus. in l. ob æs alienum. iuncta glo. C. de præd. & al. reb. min.

PR. Dos nõ poteſt eſſe ſine matrimonio. l. iij. ff. de iur. do.

PRO. Domo tranſlata cenſentur venire quoq; domui connexa. l. creditor. in §. fin. ff. de act. empt. l. prædiis. in §. qui domum. ff. de leg. iij. l. ſi quando. C. de bon. vac. lib. x.

P R O. Duæ cauſſæ lucratiuæ in eundem hominem circa eandem rẽ non poſſunt concurrere. in §. ſi res aliena. inſt. de legat.

PR. Dotis cauſſa fauorabilior eſt. l. j. ff. ſolu. matri.

PR. Diuerſitatem corporum diuerſitas ſæpe ſequitur animorum. c. quia diuerſitatem, ext. de conc. præben.

PR. Doctores excellere debent ſcientia, moribus,

bus, & facundia. l. i. C. de profeſſ. qui in vrbe Conſti. lib. xij. & l. magiſtros. C. de profeſſ. & med. lib. x.

PR. De præparatoriis rectè infertur ad preparata. l. j. ff. ad exhib. not. in rub. extra de iud.

PRO. Dictum terminatur ſecundum ſuam cauſſam. l. ita autem. ff. de adminiſt. tut.

PRO. Damnum fit ex culpa, iniuria ex affectu. l. qui ſeruum. ff. de act. & oblig.

PR. Difficilis probatio eſt intereſſe. l. fi. ff. de præto. ſtipul.

PR. Dotis conditio per pactū deterior fieri non poteſt. l. ſi vnus. §. pact⁹ in fi. ff. de pact. l. de die. & l. Atilicinus. ff. de pact. dotalib.

PR. Dolo facit qui cōtra trāſactionē expert⁹ amplius petit. l. elegāter in §. ſi quis poſt. ff. de condi. indebi.

PR. Durius eſt de pecunia quàm de perſona ſeruire. l. hæ operæ. & ibi glo. ff. de oper. lib.

PRO. De minimo non eſt cauendum. in l. ſcio. ff. de reſtit. in integ. l. ſi oleum. in §. fi. ff. de dol. mal.

OB. Cōtrà de l. ſi proprietarius. ff. de dam. infec. vbi modicum etiam damnum præſtatur.

SOL. In his quæ conceduntur, ſecundum ius commune de minimis curatur, vt ibi. Secus in his quæ contra ius cōmune ex ſpeciali priuilegio permittuntur, vt hic.

OB. Item contrà etiam pro vno ouo datur actio. glo. in §. Galliarū. inſt. de rerum diuiſio.

SOL. Dic quòd ibi datur actio ſolùm furti, non de dolo, ea ratione, quia furtum eſt improbius, & eius actio competit de iure communi,

muni,de dolo autem de iure ſpeciali, vt ibi no. per doct.

OB.Prætcrea opponitur de gl.in l.ſi debitori de iud.vbi licet nõ præſumamus in mora modici temporis eſſe magnum præiudicium, eſt tamen quandoque. Nã ſubito caſu quæ valuere ruunt.

S O L.Illud eſt de raro contingenti, quia fortuito caſu euenire poteſt.Sed iura ad ea quę rarò contingunt, non ſe adaptare ſolent. in l. iij.ff.de legib.

PR. De dicto ſecũdum quid,ad dictum ſimpliciter, valet argumentũ. Ita arguit iureconſultus in l.quod meo.ff.de acqui.poſſeſ. Nã cuius nomine poſsidetur, is poſsidet,vt ibi.

P R O.De apicibus iuris non eſt diſputandũ. in l. ſi fideiuſſor. in §. quædam.ff.mand.

PR O. Diſpoſitio in filio extenditur ad nepotem. l. filium habeo. ff. ad ſenat. Macedo. Appellatione enim filiorum veniunt etiam nepotes l.liberorum. in fi.ff.de verb.ſigni.

PRO.Delictum perſonæ,in damnum eccleſię redundare non debet. in c. venerabilis. extra de excep.

PR. Dies ſtatuta pro homine interpellat. l. magnam.C.de cõtrah. emp.& vend.l.ſi fundũ. ff.de verb.oblig.l. traiectitiæ. ff. de actio. & oblig.l.ij.C.de iur.emphy. in c.potuit,extra locat.

PRO.Dubia iuris,principis interpretatione diſſoluuntur. Deutero. 1. Exod. 17. & 18. l.fin. C. de legib. l. ij. C.de vet. iur. enucl. l.j. C.de relat.in §. fi. in auth.de iud.coll.vj.

PRO. De proximo accingen

eingendus, habetur pro accincto. in l. filius fa. ff. de mili. teſta. Vnde inferunt doct. quòd licentiatus habetur pro doctore.

PRO. Dignitas filij, gloria eſt, & laus patris, in auth. conſtitutio quæ de dignit. §. generaliter. coll. vj.

PRO. De his quæ ſunt iuris poſitiui, non poteſt reddi certa ratio, niſi quia eſt pro ratione voluntas. in l. non omniũ. ff. de legib. glo. cõmuniter recep. in l. j. §. pueritiam. in verbo ratus. ff. de poſtulan.

PROPO. Duo vincula ſunt fortiora vno. l. re coniuncti. ff. de leg. iij. auth. ceſſante. C. de ſuis, & legit. hære. auth. itaque. C. com. de ſucceſſio. in §. ſed hodie inſti. de adop.

OB. Contrà de l. nam & ſi parentibus. C. de inof. teſta. & l. ſcripto in fi. ff. vnde lib. vbi vna ratio vincit duas.

SOL. Verum eſt, vbi vna eſt potior ſeu melior duabus.

OBIEC. Præterea opponitur de l. patre furioſo. in fi. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. Vbi duo impedimenta non plus operantur quàm vnum.

SOL. Dic quod ibi in rei veritate vnum tantũ eſt impedimentum, ſcilicet furoris, nec refert quòd ibi ſit in duabus perſonis, ſcilicet in viro & vxore, cum maritus & vxor pro vna eadẽmque perſona reputentur. in l. j. ff. rerũ amot. Vel dic quod ibi vnum impedimẽtum reſpectu vnius, eſt æquale duob9 reſpectu duorum. Nam cũ vir & vxor ſint duæ perſonnæ cõnexæ & indiuiduæ. in §. j. inſt. de patr. poteſt. Connexorum autem & indiuiduorum eadem eſt ratio,

tio quod de vno dicitur, & de altero intelligitur.l.eum actum.ff.de neg.geſt.cum ſimilibus. nec omittam textum in l.fin. C. de indic. vidu. toll. vbi ſtatutũ in vxore tantum, porrigitur ad maritum. ergo non refert vtrum ex vtraque parte furor interueniat, an verò ex altera tantum quoad impediendum matrimoniũ contrahendum, vel retinẽdũ iã contractũ.vt ibi.

PRO. Diuiſio reddit rem clariorem. in l.j.ff. de excep. in §.ſed non vſque. inſtit. de legat. not.glo.in proce. inſtit. in verbo pertinet.

PR. Duorum in ſolidũ, nec poſſeſsio,nec dominium,nec hæreditas eſſe poteſt, in l.ſi vt certò, in §. ſi duobus vehiculum. ff. commo. & in l. iij. §. ex contrario. de acqui.poſſeſſ.ff.in l.hæreditate in §.pater.ff.de caſtren. caſtren. pecul. & in l. quod contra in §. vni. ff. de regul. iur. & in c. licet, extra de probat.

OBIEC. Contrà de l. ſi duo. ff. vti poſsi.& l. clam poſsidere,in §.qui ad nũdinas.ff.de acqui. poſſeſſ.vbi duo eandem rem in ſolidum poſsidere poſſunt.

SOL. Ex diuerſis cauſis poſſunt quo poſsidere in ſolidum,vt iuſtè vnus poſsideat, alter iniuſtè vel vnus naturaliter, alter ciuiliter,vt in l & habet, in §.placet.ff. de precar. Secus eſſet vbi ex eadem cauſa poſsiderent,vt hic.

OB. Præterea contrà, quo domini eſſe poſsũt in ſolidũ, maritus enim eſt dominus rerum dotalium. §.j. inſti. quib. alien.licet vel nõ. Vxor etiam eſt domina,in l.in rebus. C. de iure dot. eodem modo pater & filius ſunt domini in eodem

dé patrimonio.l.in ſuis. ff.de libe.& poſthu.

SOL. Dic quòd maritus verè & effectualiter eſt dominus rerum dotalium, mulier verò fictè & interpretatiuè eſt domina, ex quo continuè viuit cum marito, & præſumitur eadẽ perſona. Idem in perſona filij reſpectu patris. pater enim verè dominus eſt, filius verò impropriè, ſpe. d. l.in ſuis.& iſta eſt communis reſolutio doctorum.

OB. Obſtat etiã quod dicitur de domino & emphyteota, qui cum habeat rei vendicationem.in l.j.ff.ſi ager .vectig.vel emphy. pet.per conſequens rei dominium habet.l.in rem.ff.de rei vend.

SO.Dic quòd emphyteota dominus eſt vtilis tantum,non directus.d. l.j. ſi ager vectig. & ibi gl. & ideo vtilem habet rei vendicationem,quia d.l.in rem. nõ comprehendit vtilem rei vendicationẽ, vt ibi gl.not. & ita eodem modo non ſunt domini.

PRO. Doctoratus eſt nomen dignitatis,in. c. quanto, vbi Panor. in primo not. ext. de magiſt.

